This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google books

https://books.google.com



This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google books

https://books.google.com



Digitized by Google

fiche faite
1768

Digitized by Google

1 de animalibus insectis lib. -

2 de animalibus exanguibus mollibus, crustaceis, testaceis, zoophytis.

3 de piscibus et cetis lib 5.

4 de quadrupedibus solidipedibus

5 ornithologia lib. 12

6 ornithologia Tom. alter

Digitized by Google

J. Prunelle D.m.m.

מסעות של רבי בנימין

ITINERARIVM D. BENIAMINIS,

Cum

Versione & Notis

CONSTANTINI L'EMPEREVR ab OPPYCK, S.T.D. & S.L.P. in Acad. Lugd. Batava.

Karolus Immanuel De Roucy.



LVGD. BATAVORVM,
Ex Officinâ ELZEVIRIANA.
cIↃ IↃ CXXXIII.

Digitized by Google

Digitized by Google



Nobiliſſimo ac Ampliſſimo viro

FRANCISCO
ab AERSEN

Equiti, Domino in *Sommelsdÿck* & *Plaet*, Ordinum Generalium Conſiliario, ad Galliarum Regem &c. Exlegato, & Academiæ Lugd. Bat. Curatori S. P.

Vir Nobiliſſime,

NUlla meritò aptior ac convenientior inſtituendi ac docendi ratio cenſetur, quam ſi idoneis exemplis res ipſa corporis vel mentis ſaltem oculis exhibeatur: quibus non ſolum rei veritas con-

Digitized by Google

tinetur; sed eo modo animis quoque imprimitur, ut eadem opera certissimè confirmetur. Quin etiam multo facilius & expeditius exempla factis nostris exprimere valemus, quam si regulis solummodo & præceptis in operibus & actionibus nostris dirigamur. Id cum in artibus mechanicis vulgo notum sit; tum in œconomicis ac politicis certissima experientia omnes deprehendunt. Quæ caussa fuit, ut Aristoteles Rhetor. l. 2. c. 20. de aliis quibusdam antea loquutus, deinde subjunxerit, χρησιμώτερα δὲ πρὸς τὸ βουλεύσασθαι, τὰ διὰ τῶν πραγμάτων, *utiliora verò sunt ad consultandum quæ ex rebus gestis depromuntur* (postea παραδείγματα *exempla* vocat:) rationem hanc addidit,

didit, ὅμοια γὰρ ὡς ἐπιτοπολὺ τὰ μέλλοντα τοῖς γεγονόσι, *ſimilia enim utplurimum præteritis ſunt futura.* Quæ enim certior de futurorum plerumque incertiſſimorum eventu deliberandi via, quam ubi tritam ſemitam calcamus, id eſt, præterita facta & eventus recolimus, futuraque cum præteritis componentes illa quodammodo in his perſpicimus ac prævidemus? Et hîc quidem duplici modo ac ratione exemplis juvamur: vel cũ ea quæ rationi conſona apparent ſuadentur, quod facimus (ut ait idem in Rhetoric. ad Alexandrum) δεικνύντες ὡς ἐπιτοπολὺ τοῦτον τὸν τρόπον ἐπιτελουμένας τὰς πράξεις, *oſtendendo, utplurimum eo modo negotia perfecta fuiſſe;* vel quæ diſſona videntur,

quo casu φέρομεν ὅσα παρὰ λόγον δοκοῦντα γενέσθαι τῶν πραγμάτων, εὐλόγως ἀποβέβηκε, *producimus quæ cum præter rationem viderentur facta fuisse, concinnum exitum sortita sunt.* Adeo uberes hic sunt exemplorũ fructus, quos similiter aliis in rebus est invenire: nec in sola deliberatione cernuntur; sed eorum in omni genere ratio eadem. Quocirca semper laudata fuit historia: quæ singularia facta atque res gestas nobis ostendens, cujuscunque temporis ac seculi exempla suppeditat: nec unius regionis cancellis constringitur; sed quam latè terrarum termini extenduntur, expatiatur. Imò altius ascendens, ad ipsos usque cœlos pertingit, quæque in planetis ac stellis sive lege

Digitized by Google

consueta, sive præter usitatissimum modum evenêre, ut præsentia nobis in infimo loco sitis exhibet. Quid præclarius, quid utilius, quid delectabilius excogitari posset? Verumenimverò cum varia sint historiarum genera, nullum huic præferendum videtur, quo quis ea pertexit, quæ multis, longeque ac late dissitis regionibus perlustratis, maximè notatu digna scripto consignans, lectores ne latum quidem unguem progressos per longinquas regiones deducit. Hujusmodi historiæ itineraria audiunt: quæ bona fide contexta hac præ reliquis prærogativa gaudent, quod majorem fidem mereantur, adeoque lectorem certiorem reddant;

Digitized by Google

utpote quæ ex αὐτοψίᾳ res geſtas, caſus ac eventa enarrent. Sæpiſſimè hiſtorici magno veritatis ſtudio ducuntur: verum ubi uno loco affixi alienis oculis credere neceſſe habent, fieri nequit quin fabuloſa ſubinde lectori propinent: puta, quum alii quæ ſe vidiſſe ſive putant, ſive mentiuntur (uti non raro fit) hiſtoricis ſuggerunt. At in itinerariis nihil inde periculi: quandoquidem ab iis conſcribuntur, qui ubique præſentes fuêre. Porrò inter itineraria quamplurima à multis plurimi factum fuit præſens hoc Benjaminis: quia non tantum Europam & Africam peragravit; ſed ad intimas, imo etiam extremas Aſiæ regiones ſe penetraſſe profi-

Digitized by Google

tetur, ubi rariora quoque & hactenus orbi noſtro ignota ſibi viſa teſtatur: adeoque ipſius libellus plurimarum rerum exempla affatim præbet, ut nonniſi cum voluptate legi queat. Evenit aliquando ut cum viro Ampliſſimo D. D. Andrea Riveto (qui Nob. tuæ ob pręclaras dotes intimus, & Principis Auraici junioris ephorus ac gubernator, quo neminem magis idoneum cenſuit Illuſtriſſimus Princeps cui filium ſuum committeret) cum eo, inquam, iter facerem, atque multus de ſcripto iſto Benjaminis ſermo incideret: adeo ut tandem cum tanto viro id probari viderem, novam omninò verſionem concinnandi laborem in me ſuſceperim; addi-

tis insuper notis, quibus autorem partim illustrarem, partim aberrantem in viam revocarem. Lubens profiteor, tanti me hunc authorem non ducere, quanti à quibusdam aliis æstimari observo: nihil enim tantopere studuisse ex toto scripto apparet, quam ut suam gentem non tantum magno ubique numero reperiri, sed etiam summa synedria, dominia, imo regna quoq; nunc obtinere persuaderet. Hinc passim Israëlitas magno studio numerare videas; eorumque jurisdictionem & imperium (iis præsertim locis quæ remotiora sunt, ubi mendacia non facile deprehensum iri sperabat) magno conatu delineare. Et quorsum hæc? ut quum

Judæos

Judæos ex eo impugnamus, quod eorum ſceptrum uſque ad Meſſiam perdurare debuerit (Geneſ. 49. 10.) jam verò per aliquot ſecula omne dominium ſceptro deſignatum amiſerint; illis quod reſpondeant ſuppetat, puta ſuum etiamnum regnum in Oriente inveniri, ubi multis locis ſummam juriſdictionem obtineant: quæ alibi plenius deduco, hîc innuiſſe contentus. Hæc licet ita ſeſe habeant, tantum abeſt ut me ab opere revocarint, ut eò alacrius ſuſcipiendum duxerim, quò fraudes illas & figmenta ſuis locis detegerem: ut ſi cui notas ſubjunctas liberet conferre, iſtud κρησφύγετον detectum haberet. Unum me potius remoratum fuiſ-

ſet,

Digitized by Google

ſet, alium hic eſſe in hac Academia virum magnum D. Ludovicum de Dieu, quem, quotieſcunq; ipſius in ſcriptis meis mentionem facio, per conſcientiam nequeo quin encomiis extollam, qui tanta pietate, theologiæ veræ, artium, & linguarum ferme omnium cognitione ſyderis inſtar ex alto corruſcantis eminet. Sed cũ aliis rebus totus detineretur, lubenti animo hunc mihi laborem relinquere cognoſcebam: & hoc uterque damus operam, ut publico prodeſſe queamus, non tantopere quid à quo fiat ſolliciti. Itaq; ut antea dixi, iſtum Benjaminem in linguam Latinam tranſtuli & notis illuſtravi vel refutavi. Quem ita concinnatum

cui

Digitized by Google

cui majori merito offerendũ censerem, quam nobilitati tuæ? Cui non tantum ego; sed etiam totum Confœderatũ Belgium plura debet quam eorũ judicium permittit, qui præclara tua facta non expendũt. Me quod attinet, munus quod sustineo, Tibi, utpote hujus Acad. Curat. vigilantissimo, non minimum debeo: cujus cura me vocatum eo magis gestio, quod N. tuæ hanc esse cum cæteris Curatoribus, & hujus urbis Consulibus sollicitudinẽ norint, ut nonnisi maxime eximios & celebres huc vocare soleas. Cujus animi nuperrime illustre dedisti specimen. Neque vocasse contentus id sedulò operam das, ut quotquot sumus de tua benevolentia nobis
gra-

Digitized by Google

gratulemur. Reliqui quantum unà nobiſcum debeant, magna in rempublicam merita oſtendunt, quæ multis regiminis tui annis in immenſum accumulata id à bonis & patriæ amantibus impetrant, ut vitam tuam inter felicitatis noſtræ columina cenſeamus, mortẽ ut ejuſdem labem horreamus. Eos taceo, qui dum publica negotia non ſatis capiunt & intelligunt, publicæ ſalutis & communis patriæ ſatagentem, quem ſuis forte votis experiuntur obſiſtere, non ſatis æſtimant. Quorum omnium animum ac deſideria ea animi magnitudine præteris, quæ generoſam & antiquiſſimæ nobilitatis proſapiam decet: nec Heroicam indòlem alio-

Digitized by Google

aliorum judicium vel ſermo eò deprimunt, ut idcirco minus reipublicæ ſatagat; ſed palmæ inſtar tanto alacrius obnititur, quo plura meretur qui licet omnibus placere nequeat publicã ſalutem ſartam tectam ſervat, quam is qui nemine obloquente in ſumma quiete ac ſtatu pacato, ne quid reſpublica detrimenti capiat, ſatagere non deſinit. Iſte igitur Heroicus animus in rebus difficillimis nihil unquã ab ingenuæ Nobilitatis alacritate remittens patriæ proceres & inprimis Illuſtriſſimum Arauſionum principem permovit, ut tua induſtria in legatione ad Magnum Galliarum Regem uti voluerint. Quem enim huic prætuliſſent, cujus ſaga-

citas

citas ingenii animusque in casus omnes etiam inopinatos promptissimus, nec unquam quid facto opus sit dubius, illis perspectus ac cognitus esset? Accedebat prudentia singularis, quæ non solum ex historiarum omnium lectione; sed longo rerum usu comparata fuerat. Atque hæc latere non poterant: quandoquidem vel in uno atque altero colloquio certissima specimina eduntur. Magnam itaque illi ex ista legatione spem concipiebant: nec frustra fuerunt. Maxima enim commoda & emolumenta continuos plurimosque annos, quibus hoc munere fungebaris, perceperunt. Unum tantummodo paucissimis delibabo. Aspirante D. O. M.

favore

Digitized by Google

ſavore ac benignitate, reſpublica noſtra bellis crevit: horum quis dicatur nervus nemo ignorat: ad militum ſtipendia aliaque bellica onera ſuſtinenda non mediocris pecuniæ vis requirebatur. Quantam reipublicæ noſtræ incredibili dexteritate magni regis liberalitatem excitaſti? nemo ante illa tempora; nemo deinceps paria præſtitit. Verum quod rei caput eſt, non ſolum infinitas ferme coronatorum myriades confeciſti; ſed quod mirantur inprimis, ut sereniſſimus Rex patriæ noſtræ illam ſummã remitteret, Ordines tua unius opera effectũ dederunt. Hæc, & alia quæ adjungere poſſem, ſed certo conſilio prætermittam, indicio ſunt,

Digitized by Google

non immeritò ad Angliæ regem & Venetorum rempublicam laborem ac operam tuam efflagitatam fuiſſe: ſimili enim ſucceſſu peracta quæ proceres in votis habebant. Societas cum illis firmata, & fœdera ſancita: ut eorum ſpei reſponderit ſucceſſus; niſi etiam ſuperarit. In omnibus ubique ejus ſolertia & promptitudo illuxit, quem in hac etiam duplici legatione adhibuerunt. Quapropter ubi ſingulæ Confœderati Belgii provinciæ tanti herois operam ſibi longe utiliſſimam expertæ eſſent, nec tamen ſingulæ illum ſuum facere poſſent, in βουλευτηρίῳ ſive Ordinum Generalium conſiliario ſenatu ad annos plurimos conſiliarium eſſe

pla-

Digitized by Google

placuit. Hollandiæ vero ordines, ut eum ſibi præ reliquis devincirent, in equeſtrem ordinem ſummo applauſu aſciverunt: ut non inter poſteriores, ſed priores ſententiam dicentem audirent. Quippe in utroque conventu eum ante alios audire annitentes, qui longa & varia rerum publicarum experientia & animi ſagacitate ac maturo & ſolido judicio (quod omnes boni ſuſpiciunt) inſtructus in ferendis ſuffragiis cynoſuræ inſtar viam oſtenderet. Longius provectus fui (quemadmodum vulgò ubi de tua N. ſermo incidit, factitare ſolemus, ubi quiſque ſumma animi alacritate data occaſione in laudes tuas erumpere geſtit, dum

Digitized by Google

factorum & meritorum tuorum vel recordari volupe eſt.) Nec tamen quæ dicenda erant abſolvi: multo plura reſtant, quæ omnia prætereo, ne vel adulari videar; vel etiam ſplendida facta & eminentes virtutes obſcuro ſermone humillibuſque verbis narrando obſcurem atque deprimam. Hæc tantum exponendi conſilii & inſtituti mei occaſione dicta ſunto: quò, non temerè nec ſine gravibus cauſis ad Nob. tuam hoc opuſculum anhelare, omnibus conſtet. Etenim cum omnes plurimum obſtricti ſimus, & publice exantlatis laboribus aliquam referre gratiam teneamur; meritò cum nihil rependere valeam, me promptum ſaltem animum quo-

Digitized by Google

quodam munuſculo palam facere, & debitum meum homagio (ut vocem è trivio aſſumam) quodam agnoſcere; omnes jam agnoſcent. Præſertim cum iſta ratione plus danti quam accipienti accedat. ſiquidem non ſummo decori eſſe non poteſt, ad tantum Heroem familiarius admitti, & eodem in Muſæo verſari ubi hæc legentur: quæ licet exilia & pro tuo faſtigio nulla, tanto facilius grata fore confido, quanto N. tuæ indolẽ ad dandum quam accipiendum eſſe promptiorem certior ſum. Etenim nihil ferme accipies: quid enim ex hoc libro tibi accreſcet, qui præſtantiſſimos authores cum è Græcis, tum è Latinis acri judicio examinaveris?

Digitized by Google

ris? ubi antiqua dicta & facta, consilia & eventus cum hodiernis, tanto utilius contulisti, quo pluribus fuisti implicitus, pluraque magna cum laude tractasti. Itaque non eges exemplis quæ in hoc itinerario occurrunt, ipse multo utiliora expertus; nec ut laudes tuas attingam cupis vel opus habes, nam alii gloriam quærunt, ipse obtines, &

convexa polus dum sidera pascet,
Semper honos nomenque tuum laudesque manebunt.

Has ego augere nequeo; sed quod possum vota addam. Interim patere ut hæc itineris Benjaminitici pictura obscurioribus lineis à me expressa, tui splendoris lumine illustretur, dum tui fastigii clari-

tati

tati consecrata in vulgus prodit: ego illam hac perfundi magnum operæ pretium percepisse existimabo. Eum itaque benigno vultu accipe, qui quo minus potest, eo magis inservire annitetur N. tuæ; & si nihil queam, precibus saltem apud omnium authorem contendam ut sospitet & diutissimè communi patriæ incolumem præstet,

Nobilitatem & Amplitudinem tuam, cujus cliens permanere gestio

CONST. L'EMPEREVR.

Lugd. Bat. 12. Kal. Apr. ann. 1633. partæ salutis.



DISSERTATIO AD LECTOREM.

BENEVOLE LECTOR, cujus tibi opuſculum exhibeo eſt Benjamin : de quo hæc invenio in Jouchaſin ſive Chronico Abrahami Zacouthi, folio editionis Cracovienſis 131. רבי בנימין בעל המסעות נפטר שנת תתקל״ג המאור הגדול אשר זרח שמשו לכל ישראל, *Rabbi Binjamin, qui multum peregrinatus eſt, obiit anno* 933. ſive à nato Chriſto 1173. *magnum illud luminare, cujus ſol toti Iſraëli exortus fuit.* Unde colligere promptum eſt, non diu poſt ſuum ex itinere reditum ſupervixiſſe : ſiquidem eodem iſto anno rediiſſe legitur ; quemadmodum pagina prima hujus ſequentis opuſculi teſtatur. Plenius de hoc viro in Tſemah David ſive Chronico Davidis Gans, partis prioris fol. 55. רבי בנימין בר יונה מטודילה בעל המסעות יצא ממדינת נבארה והיה הולך ונסוע ומשוטט בכל שלשה חלקי העולם אירופי אפריקא ואסיאה ובכל מקום אשר בא שמה כתב כל הדברים שראה או ששמע מפי אנשי אמת וכתבם בספר וגם זוכר בו מקצת הגדולים ומספר היהודים שברוב.

Digitized by Google

שברוב המקומות כאשר תמצא את כל הדברים הנזכרים נדפסים בספר הנקרא מפר מסעות בנימין והיה האיש ההוא. חכם חרשים ומבין דעת ואחר שובו מהמסעות מת בשנת תתקל"ג, *Doctor Benjamin filius Ionæ Tudelensis, qui multum peregrinatus est, profectus è regione Navarrena continuo itinere peragravit omnes tres mundi plagas, Europam, Africam, & Asiam: & quocunque pervenisset, omnia perscribebat quæ vel viderat, vel ex fide dignis hominibus audiverat, eaque scripto consignans commemorabat etiam nonnullos magnates, & Iudæorum in plerisque locis numerum. Quemadmodum omnia ista, quæ memoravi, eo libro invenies excusa, cui titulus, liber itinerum Benjaminis. Cæterum vir iste peritorum erat sapientissimus & rerum intelligens. Postquam autem ex itinere reversus esset, ann. 933. sive I. Chr. 1173. mortem obiit.* Hic nulla operis plenioris mentio; sed autor tantum excusi itinerarii meminit, alterum illud opus, quod nonnulli extare putant, alto silentio præteriens: quod tamen non fecisset, si Judæi illud alicubi extare vel unquam exstitisse credidissent. Hujus excusi itinerarii duæ sunt editiones: una Constantinopolitana, quam mihi suppeditavit pro suo singulari in me affectu æternum Belgii decus magnus ille Heinsius; altera est Brisgoënsis, quam incomparabilis vir Johannes Buxtorfius olim ad magnum Scaligerum transmiserat. Liber est rarissimus, quem

Digitized by Google

tamen Ebræorum magiſtris ſatis notum fuiſſe, docent cum præcedentium teſtimonia; tum aliorum: ejus enim inter alios mentionem etiam facit R. Iſaac filius Aramæ, commentariis in Gen. qui inter Judæos fiunt plurimi. Ita enim fol. 92. כבר זכר הרבי בנימין בעל המסעות שראה בעיניו במדינת בגדאד עיר גדולה לאלהים ושמה כמה אלפים ורבבות מישראל וביום גינוסיות מלכם. היה רוכב נשיא מזרע דוד אצלו במרכבת המשנה אשר לו ויקראו לפניו בכבוד גדול עשו דרך לבן דוד, *Olim commemoravit Doctor Binjamin auctor itinerarii, ſe propriis oculis vidiſſe, in urbe Bagdad civitate maxima ac ampliſſima, Iſraëlitarum multa millia atque etiam dominatum ibi fuiſſe; quo verò die illorum regis natalitia aguntur, principem è proſapia Davidis apud illum in ſecundo ipſius curru vectari, & cum magna gloria coram acclamari, Parate viam filio Davidis.* Verum non dicit multa millia; ſed mille: nam pag. 70. hæc leguntur verba, יש שם בבגדאד כמו אלף יהודים, *Illic Bagdadi mille ferme Iudæi degunt.* Nec dicit Benjamin, quo die Muhammedanorum Caliphæ natalitia aguntur, Judæorum principem apud illum curru vehi, quaſi ipſi ſimilis eſſet; ſed quo die ipſum exulum caput creatur à Calipha, ipſum curru ſecũdario domum deduci: quemadmodum p. 74. narratur. Deinde Benjamin p. 72. ipſi acclamari dicit cum Calipham ſalutatũ it; non verò cum Caliphæ natilitia aguntur, quaſi tum de ipſo magis, quam

Digitized by Google

quam Calipha in acclamatione sua homines istius regionis solliciti essent. Nec omnia ista se vidisse testatur Benjamin; sed multa narrat tantum: & cum libri præfatio, tum Davidis Gans testimonium supra productum satis superque, multa quæ Benjamin narrat ab ipso tantum audita fuisse, testantur. Verum ut fingit Benjamin, ita hujus figmenta auget Isaac f. Aramæ: idque in eum finem ut nobis extorqueant è manibus telum, quo ipsos petimus è cap. 49. ℣. 10. Gen. Ideo Benjamin p. 70. & aliquot sequentibus tam magnifica de Israëlitarum senatu multiplici, gloria, dominió &c. enarrat, & postea de regno eorundem p. 101. aliisq;: quæ sanè excogitavit & finxit; vel saltem è privilegiis quibusdam, quibus precariò fruuntur, dominia, regna ac summam dignitatem confecit. An hoc in sensum communem cadit, Judæos ac Israëlitas hic & in Germania passim sub jugo servitutis, imo in latissimo Hispanorum regno sub tyrannide malle vitam agere, quam Bagdadum petere aliaque loca ubi eorum imperium nobis describit Benjamin? An si tanta Israëlitarum illic felicitas, eò saltem Orientales Judæi non contenderent? Et ne quis excipiat, regnorum saltem in deserto Chabor situm ipsos latere: ecce Abraham Peritsol sui libelli Orchoth Olam c. 14. iter præmonstravit, ubi non

tantum

tantum initio viam deſcribit, qua venerat Judæus quidam ex illis regnis Chabor; ſed etiam viam membratim proponit, qua rediturus eſſet. Hæc de reditu verba ibi leguntur, מפורטוגאלי ירד בים אוקינוס דרך סבוב יבשת פיס ויניח בים בימינם כל דרך אינסולים פורטונאטי הנקראים היום ספאניולי וימשך דרך קאפו וירדי ביבשה ויסוב האפריק' דרך היבשה בשמאל ללכת אל המזרח עד הפרומונטוריאו הגדול הנקר' קאוו די בונא ספיראנצא ויעבור הגולפו בארבאריקו למצא מיצר ים סוף וירד ביבשה למצוא מדבר חבור כאשר יהיה וילך למקומו, *E Luſitania per mare Oceanicum deſcendens circumibit continentem illius Mauritaniæ quæ vulgò Fez nuncupatur; & in mari à dextris relinquet omnem tractum inſularum fortunatarum, quæ hodie Spaniolæ dicuntur; deinde continentem Arſinarii, ſive Cabo-verde legens, circum Africæ continentem à ſiniſtra ſitam navigans verſus Orientem tendet, ad magnum illud promontorium dictum Cabo di bona ſperanſa, ſive frontem Africæ; atque tandem ſinum quem Barbaricum vocant circumvectus, quò fretum maris Algoſi aſſequatur, ibi in continentem deſcendet ut deſertum Chabor inveniat, ſicuti fiet, ut ita ad locum ſuum perveniat.* Sed Peritſol iſte audita tantum narrat; Judæum illum non viderat vel cum ipſo locutus erat: quod teſtantur verba ſub capitis iſtius finem, צורת היהודי הזה ומעשיו לפי הנשמע *Forma iſtius Iudæi ejuſque opera, quantum audivimus*, &c. Sane Judæis familiare eſt, ut multa

fingant;

fingant: quemadmodum vel unum hoc Rabbi Jachjæ ad ꝟ. 8. c. 8. Danielis ostendit, ubi Alexandrum magnum Romulo Romam quartam sui imperii partem assignasse, & Herodi Ptolemaidis imperium dedisse, refertur: sed de his aliàs, Deo favente, plura adjiciam. Noster etiam ubi ad remota ista loca pervenit, ibi demum disertus esse incipit, eaque narrat quæ nunquam idoneis testibus probabit. Cujusmodi est & illud quod de hominibus sacco se includentibus vel potius boum pellibus narratur p. 111. ubi tempestate jactati, se pellibus insutos in mare præcipitare, deinde ab aquilis in terram exportari, atque tandem cultris liberatores adorti; iis interfectis domum redire feruntur.

Sed præcipua eloquentia in describendo Judæorum dominio: quod ignorant quicunque Orientem postea lustrarunt. Affirmant Judæos in Oriente jus gladii non habere; nec hujusmodi synedria habere, nedum regna, quæ indigitat Benjamin, sed ab iis (si qui hoc privilegio gaudeant ut controversias inter suos dijudicent) ad Muhammedanos provocationem dari. Nobilissimus vir David de VVillem cognatus meus (ob longam multarum rerum experientiam Illustrissimo Arausionum Principi à consiliis) in Oriente per annos duodecim versatus, cum in omnia

inqui-

Digitized by Google

inquiſiviſſet nihil ſimile invenire potuit. Quin ne ipſe quidem Jacobus Golius (lumen Academiæ noſtræ,) qui ad Orientalium rerum notitiam ſibi comparandam in Orientem profectus conditionem & ſtatum iſtarum gentium perluſtravit, nec in Orientalium libris, nec familiari colloquio, nec regiones peragrando ficta iſta dominia ac regna deprehendere potuit. Atque ut Judæos ſuo jugulem gladio, quid D. Kimchi tantus ipſorum Doctor? in Hoſ. 3. 4. ubi Deus dixerat, *dies multos manebunt filii Iſraelis abſque Rege & abſque Principe*, ipſe addit, ואלה הם ימי הגלות שאנחנו בו היום ואין לנו לא מלך ולא שר מישראל כי ברשות הגוים אנחנו וברשות מלכיהם ושריהם *Hi ſunt dies exilii in quo hodie ſumus, nec Regem nec Principem ex Iſraële habemus; ſed in poteſtate gentilium ſumus, & in poteſtate regum ipſorum & principum ipſorum.* Quid Abrabaniel de quo tantopere gloriantur? hic ad Eſa. 53. 8. in priori expoſitione hæc ſcribit, עוד זכר המין השלישי מרעות הגלות והוא שלא היות בישראל מלכות ולא ממשלה ולא שבט משפט, *Præterea meminit tertii generis malorum exilii, nempe quod penes Iſraelitas non ſit regnum, nec dominium, nec ſceptrum judiciale:* ubi plura in eandem ſententiam ſequuntur, atque inter alia ſynedrium habere negat; cum Benjamin vel decem ipſis in una civitate Bagdad aſſignet. Celeberrimus inter

Judæos

Digitized by Google

Judæos Maimonides comm. ad ſect. 1. cap. 8. codic. *Baba Kama* ſimiliter loquitur, עקר מעקרי דתני אין גובין קנסות בבבל והוא הדין בשאר כל הארצות חוץ מארץ ישראל, *Eſt è præcipuis fundamentis legis noſtræ, non exigi pœnam vulnerum in Babylonia; idemque jus in omnibus reliquis terris, Iſraelitica excepta, ſervandum.* Codice Berach. f. 58. p. 1. circa medium, אנן מזמא דגלינן מארעין לית לן רשותא למקטל, *Ab eo tempore quo è terra noſtra migravimus, non habemus occidendi poteſtatem.* Claudã teſtimonio Chaldæi paraphraſtæ, qui hoc modo enarrat Hoſ. 3. 4. יומין סגיאין יתבון בני ישראל לית מלכא מדבית דוד ולית דעביד שולטן על ישראל *Multos dies permanebant Iſraelitæ abſque rege è familia Davidis, nec erit qui dominium exerceat in Iſraelitas.* Hæc omnia ideo profero, ut omnibus liqueat, quam noſter Benjamin cum ſequace ſuo Iſaaco nobis Chriſtianis imponere conetur, quamq; ſuos ac domeſticos doctores eoſq; primarios adverſarios habeat. Alibi quum 53. Eſ. caput exponendum eſt, quam ſeſe depriment iſti mortales, ut totum iſtud caput ad ſe trahant! ubi verò com. 10. cap. 49. Geneſ. enarrandum, quam ſeſe efferunt! Tempore Meſſiæ demum ſceptrum ac gloriam expectant; attamen ſceptrum & gloriam in comment. ad Geneſ. 49. caput, aliiſque eorundem ſcriptis, præcedere videas. αἲξ οὔπω τέτοκεν, ἔριφος δ' ἐπὶ δώμασι παίζει. Hanc abſurditatem

Digitized by Google

tem qui sequantur, invenit cum aliis Benjamin: adeo ut in mappis quibusdam geographicis Israëlitis procul in Oriente certus hujusmodi locus assignetur. Verumenimverò de his jam plura dicere supersedeo: in notis ad ipsum Benjaminem alia nonnulla adjiciam. E dictis liquet cum judicio legendum hoc itinerarium, nec auctori in omnibus habendam fidem, præsertim ubi suorum conditionem ac statum extollit: plurima tamen notatu digna passim occurrunt; ut quæ de locorum distantiis aliisque annotat. Quamvis nec hic exactissimam ἀκρίβειαν perpetuò agnoscam: licet non diffitear, quin scribarum culpa ac incuria numeri forte locis quibusdã corrupti fuerint, vel locorum nomina permutata, si quando literis quibusdam convenirent. Præcipuam operam sumsisse videtur in numerandis Judæis, qui singulis regionibus & oppidis reperirentur; quum præstitisset in ea inquirere, quorum cognitio lectorem magis juvisset, quam numerum Judæorum cognoscere qui passim deprehenderentur. Unde liquet ad suam gentem semper collimasse, ut vel numero, vel ficto aliquo dominio Israëlitas commendaret: utpote qui vel justo aliquo numero ubique terrarum degerent; vel etiam rempublicam aut regnum adhuc obtinerent. Quocirca hisce omnibus expensis

me

Digitized by Google

me operæ pretium facturum non duxi; si omnia in hoc itinerario accuratè expenderem & prolixis commentariis illustrarem; quemadmodum initio institueram: sed levi brachio cætera percurrere satis esse existimavi. Idque hac etiam inprimis de causa, benevole lector, ut alia quæ jam partim parata habeo, partim adorno, propediem tibi exhibeam. Nam commentariis in Danielem unà cum hoc opusculo juris publici jam factis, Halichoth Olám cum versione excuditur: cui codices Talmudicos, Berachoth, Zebachim, Bava Kama, Bava Metsia, & Bava Batra, quos jam paratos habeo subjiciam, si Deus Opt. Max voluerit. Sed labor qui me maxime distrahit, in duorum manuscriptorum Judaicorum (quibus Christiana religio oppugnatur) versione ac refutatione occupatur. Hæc te ideo monitum volui, ne breviores notas mireris, quam tot regionum, regnorum, urbium, oppidorum ac pagorum recensio mereri videatur: licet succisivis horis forte longiores progressu temporis adjecturus sim. Nec denique hoc celabo: initio id mihi fuisse animi, ut novæ versionis meæ rationem omnibus redderem. Verum cum animadverterem, id agenti aliorum & quidem eruditissimorum virorum opiniones sæpe refellendas, idque in rebus quæ fidem &

Digitized by Google

ſalutis viam non concernunt, ſententiam mutavi: ut qui ſemper illiberale duxerim, ex alienæ induſtriæ obtrectatione gloriam captare. Quapropter in ſequentibus verſionem rarius quàm præcedentibus defendo; lectori hoc relinquens ut de Ariæ Montani ſphalmatis judicium ferat, ſi utriuſque verſionem, quæ per omnia differt, conferre libuerit. Quod verò ad Scaligeri marginales quaſdam notas attinet, quibus me aſtrictum non autumavi, de iis judicet vir Ampliſſimus Johannes Latius Societati Indiæ Occ. præfectus: ut qui iſtas notas habeat, quas mihi pro veteri amicitia ſuppeditaverat, cum in verſione occuparer; atque etiam de hujuſmodi rebus ſolus ferme recte judicare poſſit, pro linguarum cognitione qua valet, & inſigni ac ſingulari Hiſtoriarum & Geographiæ peritia, qua cæteris præcellit. Verumenimverò antequam ad ipſum itinerarium, Lector, te dimittam, quandoquidem noſter in ſpatiorum dimenſionibus frequenter milliaria, paraſangas & diurna itinera ſive σαθμὺς adhibet, de iis quædam prælibanda: quò mens ac ſententia Benjaminis conſtare queat. Paraſangas continere apud Ebræos milliaria quatuor, notarum initio, id eſt, ad pag. Benj. 4. ex ipſorum libris obſervatum fuit; ſimiliterque milliare bis mille cubitis ab iiſdem definiri. Quo

calculo

calculo parasangæ spatium fuerit 8000. cubitorum: siquidem quatuor milliaria contineat. Attamen in Geographia Nubiensi, non procul ab initio, secus auctor gravissimus sentire videtur, dum ait. الفرسخ اثنا عشر الف

ذراع والذراع اربعة وعشرون اصبعا

Parasanga est duodecim millium cubitorum, cubitus viginti quatuor digitorum. Si Arab. parasanga 12000 cubitos complectitur, ergo Judaicam quatuor millibus superat. Deinde parasanga est quatuor milliarium; itaque si 12000 cubitos continet, milliare unum erit cubitorum 3000: at infra in notis meis ex Ebræorum sententia milliare duobus cubitorum millibus definiri probatur. Licet hæc prima fronte admodum & quam longissime inter se distare videantur; cubitis tamen accuratius expensis secus apparebit. Tria esse cubitorum genera satis liquet, è c. 17. codicis כלים: proprie dictus tamen cubitus est palmorum sex, sive ut auctor Nubiensis loquitur, vigintiquatuor digitorum. Verum quum Ebræi milliare bis mille cubitis circumscribunt, cubitos maximos intelligunt, qui quadraginta digitis constant. Ut varia Talmudicorum & posteriorum Rabbinorum testimonia linquam, collatio 2 Chron. 3. 15. cum 1 Reg. 7. 15. satis superque evincit, fuisse cubitum cubito, du-

plo majorem: idcirco cum nullibi cubitum deprehendamus, qui hujusmodi excessu cubitum sex palmorum superet, restat ut cubitum quinque palmorum ita superari dicamus, id est, cubitum quendam dari qui decem palmos complectatur, sive digitos quadraginta. Qua ratione uterque locus jam è Sacris citatus conciliari commodissime potest, si modo in priori loco, sive 2 Chron. 3. 15. stylobatæ unum cubitum tribuas. Itaque cum maximus cubitus plusquam dimidio major sit cubito Geographiæ Arabicæ, quum Rabbini milliare bis mille cubitis circumscribunt; & ex illa Geographia milliare ad tria cubitorum millia extenditur, non tanta est differentia quæ lectorem turbare queat. Etenim licet ex ista comparatione milliare Rabbinicum jam etiam majus appareat; id considerandum, Benjaminem nostrum tam anxie & scrupulosè spatia non dimetiri: quemadmodum ex eo liquet, quod segmenta passim omittat, quasi integris ferme parasangarum & milliarium numeris loca distarent. Præterea minime negligendum quod Maimonides cod. de precibus c. 15. sect. 4. observavit, האצבע שמושחים בו בכל התורה כולה הוא הגודל והוא הנקרא בהן יד, *Digitus quo in tota ac universa lege metiuntur est magnus digitus, qui vocatur pollex manus.* Quandoquidem autem tres

pollices

pollices quatuor digitos conficiunt; pollice digitus tertia ſui parte minor eſt: & hiſce convenienter, ſi Judæi cum lege hac in parte loquantur, ſpatia illa milliarium quodammodo conciliari poterunt. Siquidem convenienter quantitati digitorum Ebraicorum, è quibus palmi, & è palmis cubiti; tria millia cubitorũ Judaicorum conficiunt in Geographia Arab. millia quatuor. adeo ut nec inter duo millia cubitorum Judaicorum & tria Arabicorum tam ingens ſit intervallum, quam primo videbatur. Quod enim ad digitos Geographi Nubienſis attinet, ne quis majores ſolito exiſtimet, ibi prohibet, dum loco producto ipſe addit, الاصبع ست حبات شعير *Digitus ſex granorum hordei.* Ex iis quæ hactenus obſervavimus etiam conſtat, milliare Italicum mille paſſuum non admodum ab Ebræorum מיל, palmorum numero differre. Milliare, uti in notis ſequentibus dicitur, in ſe vicies mille palmos complectitur: at cubiti bis mille (ſi maximos accipias) parem numerum exhibent; ſiquidem ſinguli ſunt digitorum quadraginta, id eſt, palmorum decem. Quod ſi poſteriori conciliationi adhæreas, & Ebræorum cubita ob pollicum quantitatem extendas, differentia inter milliare mille paſſuum & מיל Rabbinicum major erit: utpote

Digitized by Google

quum מיל ea ratione ſedecim tantum palmorum millia exhibeat. Sed paraſangæ Arab. pars quarta (id eſt, milliare, nam paraſanga continet milliaria quatuor) propius ad milliare Italicum accedit, ut quæ octodecim palmorum millia complectatur. Verum de his ſatis ad eam paraſangæ & milliaris notitiam, quæ in Benjaminis itinerarii diſtantiis intelligendis requiritur: ad diurna itinera pergamus. Biduo vel triduo vel pluribus diebus ſe huc vel illuc acceſſiſſe ſcribit; quandoque etiam uno vel dimidiato die: eapropter quantum ſpatium definiatur omninò inquirendum venit. Atque non ſolum noſtro auctori hoc in more poſitum; ſed aliis etiam, ut civitatum aliorumq; locorum diſtantias diurnis itineribus explicent: quemadmodum hoc modo apud Græcos σταθμὸν uſurpari videas, παρὰ τὴν στάσιν à ſtatione dictum. quia poſt tantum itineris emenſum eo die non progrediebantur, ſed ſubſiſtebant, corpuſque quieti mandabant, ſive privati iter facerent; ſive exercitus locum moveret. Vnde Heſychio σταθμὸς inter alia eſt στρατιωτικὴ κατάλυσις, *manſio caſtrenſis*. Hujus ſpatii dimenſionem expreſſam apud veteres me legiſſe non memini: & ſanè non omnes æquale itineris ſpatium eodem die emetiebantur. Qui mari iter faciunt longe celerius ſæpiſſime provehuntur,

quam

Digitized by Google

quam quiſquam vel ullis dromadibus aſſequi valeat. Multum etiam intereſt, num quis pedes incedat, an verò curru vel equo vehatur. Quis adhæc Alexandri M. in expeditionibus quibuſdam militaribus celeritatem ac pernicitatem non obſtupeſcat? Exempli gratia in Ariis, qui rebellabant, opprimendis tanta celeritate uſus fuit, ut Arriano teſte, duobus diebus ſive duobus σαθμοῖς ſexcenta ſtadia confecerit. Quis tamen hinc cuique σαθμῷ trecenta aſſignabit ſtadia? Nec etiam ſalebroſa & aſpera ac prærupta loca pari facilitate cum planis tranſiri ſolent. Quapropter ne hac in parte longiſſime aberremus, id primò expendere convenit, quantum viæ ut plurimum & communiſſime, non mari, ſed in continenti per loca commoda homines emetiri ſoleant: nam maritima itinera quod concernit, pluſquam centum milliaria ſæpiſſime abſolvunt nautæ. Ideoque meritò doctiſſimi Maronitæ in præfatione Geographiæ Nubienſis, ex ipſo autore ſtationem & curſum diſtinguunt. *Curſus, qui curſum navis diurnum, ſeu navigationem diei, hoc eſt, ſpatium centum millium paſſuum explet*; ſtatio autem eſt qua diverſi terreſtrem viam metiri ſolent. Secundò ut in ſtatione certi quid nobis conſtare poſſit, menſuram hanc cum aliis comparatam quærere convenit: fit enim nonnunquam

Digitized by Google

ut duplicis menſuræ ſimul mentionem faciant hiſtorici. Inſignis in hac materia locus apud Xenophontem extat libro 2. de exped. Cyri pag. edit. Baſil. 217. Ἀριθμὸς δὲ τῆς ὁδοῦ ἣν ἦλθον ἐξ Ἐφέσου τῆς Ἰωνίας μέχρι τῆς μάχης, σταθμοὶ τρεῖς καὶ ἐννενήκοντα, παρασάγγαι πέντε καὶ τριάκοντα καὶ πεντακόσιοι, στάδια πεντήκοντα καὶ ἑξακισχίλιοι καὶ μύριοι, *Summa autem viæ, qua Epheſo Ioniæ oppido venerunt, uſque ad pugnam, complectitur ſtationes tres & nonaginta, paraſangas quingentas trigintaquinque, ſtadia ſedecim millia & quinquaginta.* Hic perſpicuè quid σταθμὸς ſit, ex adjunctis paraſangis & ſtadiis addiſcimus: ubi 93. σταθμοὶ, *ſtationes*, ſunt paraſangæ 535. & ſtadia 16050. Unde ſi paraſangas 535. per 93. ſtationes dividas, ſingulis ſtationibus quinque paraſangas & paulo plus attribues: ſimiliter ſi 16050. ſtadia per 535. paraſangas dividas, unicuique paraſangæ triginta relinques ſtadia. Jam ſi paraſanga eſt ſtadiorum triginta, & ſtatio quinque paraſangas continet, σταθμὸς *ſtatio* centum & quinquaginta ſtadia complectitur. Cum hoc calculo convenit Herodotus in Terpſichore, ubi quum de itinere per Ciliciam loquitur p. 193. edit. H. S. hæc habet verba, Τρεῖς εἰσι σταθμοὶ, παρασάγγαι δὲ πεντεκαίδεκα καὶ ἥμισυ, *Tres ſunt ſtationes, paraſangæ autem quindecim & dimidia.* ubi iterum vides lector, quî ſingulis ſtationi-

bus

bus quinq; & amplius parasangæ ascribantur. Herodotus tamen eodem loco, cum de Armenia loquitur, secus sentire videtur, ubi inquit, Σταθμοὶ μὲν εἰσι καταγωγέων πεντεκαίδεκα, παρασάγγαι δὲ ἓξ καὶ πεντήκοντα καὶ ἥμισυ, *Stationes quidem sunt diversoriorum quindecim, parasangæ autem quinquaginta sex cum dimidia.* Hic si divisio instituatur, singulis stationibus vix quatuor parasangas attribui deprehendetur, si in numeris exprimendis error admissus non sit. Eadem pagina subjungit Herodotus, Ἐς τὴν Κισσίαν χώρην μεταβαίνοντι, ἕνδεκα σταθμοὶ, παρασάγγαι δὲ δύο καὶ τεσσαράκοντα καὶ ἥμισυ ἐστὶ ἐπὶ ποταμὸν Χοάσπην, *In regionem Cißiam transeunti* (scilicet è Mantiena) *sunt undecim stationes, parasangæ verò quadraginta duæ & dimidiata ad fluvium Choaspen.* ubi iterum ferme quatuor parasangæ singulis stationibus ascribuntur. At ubi Herodotus summã totam colligit, puta itineris longinqui quod membratim descripserat, ita concludit, Οὗτοι οἱ πάντες σταθμοὶ εἰσὶ ἕνδεκα καὶ ἕκατον .... παρασαγγῶν ἐόντων πεντήκοντα καὶ τετρακοσίων, *Omnes hæ stationes sunt centum & undecim .... quum sint parasangæ quadringentæ quinquaginta.* ubi parasangarum quatuor est statio, & tanto major, quam senarius numerus in centum & undecim divisus. Communiorem stationem è dictis haurire promptum est, quum Xenophon & He-

rodotus in eo conveniant, ut ſingulis ſtathmis quinque aſſignent paraſangas. Sed è poſterioribus Herodoti teſtimoniis liquet, fuiſſe & minores ſtationes, quæ ſolummodo quatuor paraſangas circiter complecterentur. quemadmodum etiam in aliis Perſarum menſuris diverſitatem obſervavit Plin. l. 6. c. 26. ſub finem: nam cum de paraſangis & ſchœnis pronuntiat, *Perſæ quoque ſchœnos & paraſangas alii alia menſura determinant*, diverſa eorum genera fuiſſe ſupponit, quibus diverſis diverſi uſi ſint. Quod de ſtathmis etiam præcedentia teſtimonia docent, eorum diverſa fuiſſe genera; ita tamen ut plerunque quinque eſſent paraſangarum, ſive ſtadiorum centum quinquaginta. Unde etiam Herodotus eodem loco, de eadem via diſſerens, diurnum iter eò uſque extendit: πεντήκοντα δὲ καὶ ἑκατὸν στάδια ἐφ᾽ ἡμέρῃ ἑκάστῃ διεξιοῦσι ἀναισιμοῦνται ἡμέραι ἀπαρτὶ ἐνενήκοντα, *Centum & quinquaginta ſtadia ſingulis diebus peragrantibus conſumuntur ſolidi nonaginta dies.* Quaſi dicat, ſi quis ordinarias ſtationes 150 ſtadiorum obſervet, nonaginta diebus iter abſolvet. Similiter Ebræi unius diei iter ad centum & quinquaginta ſtadia extendunt: ſicuti S. Jarchi ad Eſ. 24. 16. נמצא מירושלים לירדן מהלך יום אחד. *Deprehenditur Hieroſolyma à Iardene diſtare unius diei itinere*; at diſtabat ad minimum 150. ſtad.

Quia

Quia tamen istæ stationes magis propriè diversandi locum (uti etymon docet) & viæ terminum spectabant, prætereaque diversoria & pernoctandi loca ob viarum iniquitatem vel minorem commoditatem æqualibus intervallis semper distare non poterant; hinc factum, ut apud Herodotum etiam, qui 150. stadia stationibus assignaverat, postea in omnibus itineribus hic numerus non deprehendatur; sed ad 120. circiter minuatur: cum certa quadam de causa justum diei iter absolvi nequit, puta ob viæ incommoditatem vel ulterioris diversorii longinquitatem, aliave similia. Denique cum octo stadia milliare exhibeant, centum quinquaginta stadia novemdecim circiter milliaria suppeditabunt. Licet eruditissimi Maronitæ viginti quinque milliaribus diurnum iter definire maluerint. An verò Benjamin mensuras accuratè observaverit, cum diebus sua itinera definivit, meritò dubitari potest: nam si hoc ipsi propositum fuisset, ut ἀκριβῶς stationibus locorum distantias dimetiretur, minora diei segmenta non prætermisisset; cum civitates ac regiones præcisè diebus vel dimidiato die vel sesquidie aliisque similibus dissitas fuisse probabile non sit: quemadmodum etiam in superioribus ad ipsius parasangas &c. observavi. Quinetiam ubi quis accuratè locorum distan-

tias

tias examinabit, meritò nonnulla desiderabit: adeò ut pene existimem, eum non tam ad usitatas σαθμῶν mensuras, quam ad itineris sui tempus respexisse: ut licet ad eundem locum usitatè vel celerius vel tardius perveniretur, ipse tantum id spectaverit, quot diebus suum iter perfecisset; quamvis fortè quievisset horas aliquot, vel ultra consuetudinem in multam noctem iter produxisset. Ut pag. 4. quum biduo Bætiras Monte-Pessulano distare scriberet, ordinarias stationes non designavit: nam teste Nubiensi Geographo ipsa Narbona vix biduo à Monte-Pessulano sive Monpeslier aberat, من نربونة الي مدينة منتبشلير ثمانية وثلثون ميلا *A Narbona ad urbem Monpeslier triginta octo milliaria.* atqui Bætiræ sunt propiores. Ita p. 8. quum se Arelato Massiliam triduo devenisse scriberet, si terrestre iter designavit, ordinarias stationes intelligere non potuit: quia Massilia Arelato propior est. Nam Burgus Ægidii tantū uno die & paulo remotius à Massilia distat; ut docet Nubiensis Geogr. من شنت جيلي الي مشيلية في البحر خمسة وعشرون ميلا *A Sancto Aegidio ad Maßiliam ad mare sitam viginti quinque milliaria*; at Arelatum minus à Massilia distat. sin maritimum iter spectavit, ibi

ibi longius à recepta ratione deflexit: modo ea accipiamus quæ ſupra de maritimi itineris menſura produxi. Sed dicam quod maxime veriſimile hic videtur: Benjaminem primũ ſecundo Rodani flumine in mare deſcendiſſe; deinceps vero legendo littus tertio die Maſſiliam appuliſſe. Atque hoc modo plurima excuſari poterunt: nec etiam phraſis, qua aliquando utitur, aliud efflagitat. Atque hæc ſunt, quæ ut προπαρασκευαστικὰ præmittenda cenſui: quò cum de authoris fide, inprimis cum ſuæ gentis conditionem & ſtatum extollit; tum etiam de viarum & diſtantiarum menſuris ea in procinctu eſſent, quæ prudens lector jure ſummo deſideraret. Jam autem ad ipſum Benjaminem perge, & ſi Rabbinicus textus quandoque videatur obſcurior, ſubſiſtere noli; ἀλλ' ἴθι σιγῇ τοῖον ἐγὼ δ' ὁδὸν ἡγεμονεύσω, *Sed eas ita tacitè, ego viam monſtrabo:* ut verbis utar Minervæ ad Ulyſſem cum Alcinoi domum quæreret. Vale.

Dab. Lugd. Bat. 16 Kal. Apr. an. 1633. part. ſal.

Tui ſtudioſus

CONSTANTINVS L'EMPEREVR ab OPPYCK.

ITER

Digitized by Google

ITER BENIAMINI,

Olim Latinè semel à Benedicto Aria Montano editum, & nunc simul Hebraicè Latineque, novâ Interpretatione & NOTIS illustratum,

à Viro N. & D.

CONST. L'EMPEREVR, ab OPPYCK.

Ad nostrates, jocus.

IONÆ *filius ille* BENIAMINVS,
Laus non ultima Sabbatariorum,
Prudens, ingeniosus, & peritus
Olim Callaïcis profectus oris,
Dum toto peregrinus errat orbe,
Remetitus ITER, *quod heic videtis,*
Libro Cantaber explicavit uno.
Donum nobile! sed malignus Ævi
Dens arroserat, optimamq; partem,
Intervalla viæ, situmq; terræ,
Delibaverat integro labori.
Et passim quoque cespitans Arias
Corrupit pretiosius liquamen:
Gerres lingimus, & garum putamus.
Sic Regi dominisq; Celtiberis
Inconstans Breviarium relictum,
Distortum, ambiguumq; deviumq;
Meras, Iuppiter, oscitationes!
Nempè hoc rex hominum deûmq; summus
Cunctis censuit expedire terris:
Ne quisquam, duce fortè Benjamino,
(Hispanus putà somnians Monarcham)
Quem spe ceperat, Orbe perfruatur,
Et, si bella paret, laboriosâ
Miles protinùs in viâ fatiscat;

Mactan-

Digitized by Google

Mactandus, Triviaq; consecrandus
Fame & frigore, non honore ferri.
Tantum est. Non tamen, erudite Lector,
Tantum est: nec volo te manu abstinere
A tam frugifero & bono libello.
Si Regi malè convenit Philippo,
Nec Rheni faciles ministrat undas;
Si nec cornua prodit, alveosq;,
Aut Mosa, Vahalisve, Videlave;
Si pontum oppositum silet Britannis;
Tutis non malè convenit Batavis.
Ergo praestitit (inquies) Philippum
Seduci per iter tenebricosum;
Ratus lampada non decere tradi,
Monstrariq; viam. Nequit negari,
Ita heic omnia luculenter edi,
Vt sint, si volet, usui Philippo.
In fraudem Patriae tamen negamus
Quamvis increpet exiisse Momus.
Circumspectiùs egit IMPERATOR,
Cujus munere Cantaber patescit:
Captat otia, ponderatq; tempus;
Cernit detumuisse nunc Iberum,
Pacatisq; animis coire Belgas.
Quondam sub Iove pauperes eramus;
Ignarusq; Leo timebat hostem,
Nunc belli vetus excipit Molossos.
Nunc Respublica civitasq; major,
Et viri sine fine Martiales.
Hispanum timeat? domat Batavus.

Ludebam

P. S. Lugd. Bat. 1633.

D.CON-

Digitized by Google

D. CONSTANT. L'EMPEREVR ab OPPYCK, S. S. Th. Doct. ac S.L.Professori, BENIAMINIS Tudelensis ITINERARIVM edenti & illustranti.

MEns orta cœlo, grande Musarum decus,
Albo perennitatis inscriptum caput,
Orientis Astrum, cujus accensas faceis
Miratur orbis. Te sibi totum tenent
Hebri nepotum scripta. Non unquam tulit
Documenta quis majora, quam fragili loco
Gens cœca staret, splendor illa gentium,
Dum sceptra Judæ gestat, & Solyma potens
Dominatur aula. Sacra moles Ausonum
Eversa ferro est. Nomen & famam tibi
Debet renatam: dum propinas seculo
Quod impeditum *Thalmud* arcanum tegit.
Nunc *Danielis* scita vatis explicas:
Strophas Magistri, vixque constantem sibi
Fucum retundis. Pergis, in lucem trahens
Quod *Tudelensis* scripsit olim *Benjamin*
Iter; sed omneis orbis amplexum plagas,
Tuum, *Imperator*, illud est. Dignum tuis
Auguste, curis. Non vacat vanis diem
Trivisse nugis. Nullus est famæ modus,
Nullus labori. Leyda te suum vocat
Batava Sydus. Rhenus & Pelagi Deæ
Suum fatentur. *Benjamin* nomen tuum
Solio reponet, nulla quod vertet dies;
Doctæque gentis Imperator audies,
Magnisque major Imperator omnibus.

MARCVS ZVERIVS BOXHORNIVS.

PRÆ-

Digitized by Google



הקדמה

זה הספר מחובר מדברים שספר איש אחד מארץ נבארה שמו רבי בנימן בר יונה מטודילה זצ"ל: וילך הליך ויבא בארצות רבות ורחוקות׳ כאשר יתפרש בדבריו אלו ובכל מקום שבא בו כתב כל הדברים שראה או ששמע מפי אנשי אמת אשר כ נשמעו בארץ ספרד: וכך הוא זוכר מקצת הגדולים והנשיאים שבמקצת מ מקומות וכשבא הביא דבריו אלה עמו לארץ קאשטיליאה בשנת תתקל"ג:

PRÆFATIO.

Hic liber compositus fuit è narrationibus viri cujusdam Navarreni, cui nomen doctor Binjamin, filii Ionæ Tudelensis (justus cum laude memoretur) Hic continuis peregrinationibus plurimas remotissimasq; regiones peragravit; sicuti verbis ipsius sequentibus exponetur. Et quocunque locorum perveniret, describebat quodcunque vel videret, vel audiret è viris fide dignis, quorum fama ad ipsas pervenisset Hispanias. Similiter multorum magnatum principumq; meminit, qui diversis locis degebant. Reversus autem hæc omnia secum in Castiliam detulit anno 933. id est, anno Servatoris 1173.

Cate-

והיה רבי בנימן הנזכר איש מבין ומשכיל בעל תורה ובכל דבר ודבר ש שבדקוהו כדי לפשפש אחריו נמצאו דבריו מ מתוקנים ויציבים בפיו כי היה איש אמת:

Cæterum hic jam memoratus doctor Binjamin perspicax fuit ac rerum intelligens, legumq; sacrarum peritus. Quacunque etiam in re eundem exactè explorarant, quò post ipsum rem investigarent, in ejus ore verba composita veraque fuisse deprehenderunt: fuit enim veritatis sectator.

ITINERA Doctoris Binjaminis, f. m.

ITa infit Binjamin filius Jonæ faustæ memoriæ. Initio egressus Cæsar-Augustâ secundo Iberi flumine Tortosam appuli: unde bidui itinere Tarracona petii, urbem antiquam, quæ remansit ex antiquis Gigantum & Græcorum ædificiis; nec æqualis structura in totis reperitur Hispaniis: marique adjacet. Hinc iterùm bidui itinere Barcelonam appuli: ubi sacer cœtus virique sapientes ac prudẽtes quinetiam eximii præsides, puta, Rabbi Sesath, Rabbi Schealthiel, denique Rab. Schelomo filius R. Abrahami f. R. Hhasdai faustę memoriæ. Oppidum est parvum, attamen elegans, & in maris littore situm. Quò negotiationis ergò mercatores ex omnibus locis cõfluunt: è Græcia, Pisis, Genua, Sicilia, Alexandria Ægypti, terra Israëlis con-

מסעות
של רבי בנימן ז"ל

אמר רבי בנימן בר יונה ז"ל יצאתי תחלה מעיר שרקושטה וירדתי דרך נהר איברו לטורטושה ומשם הלכתי דרך שני ימים לעיר טרכונה הקדמונה והיא היתה מבנין ענקים ויונים ולא נמצא כבנין ההוא בכל ארצות ספרד והיא יושבת על הים׃ ומשם שני ימים לעיר ברצלונה ויש שם קהל קדוש ואנשים חכמים ונבונים ונשיאים גדולים כגון רבי ששת ור' שאלתיאל ורב' שלמה בן רבי אברהם בן חסדאי ז"ל והיא עיר קטנה ויפה ויושבת על שפת הים באים אליה בסחורה תגרים מכל מקום מארץ יון ופישה וגינואה וסיסילייא וארץ אלכסדריא של מצרי' ומארץ ישראל וכל

Digitized by Google

גבוליה · ומשם מהלך יום
וחצי לגירונדה ובה קהל קטן
מיהודים · ומשם מהלך
שלשה ימים לנרבונה והיא
עיר קדומה לתורה וממנה
תצא תורה לכל הארצות
ובה חכמים גדולים ונשיאים
ובראשם רבי קלונימוס בן
הנשיא הגדול רבי טודרוס
ז"ל מזרע בית דוד מכונה
ביחסו ויש לו נחלות ו
וקרקעות מאת מושלי ה
הארץ ואין אדם יכול ליקח
ממנו בחזקה · ובראשם
רבי אברהם ראש הישיבה
ורבי מכיר ור' יהודה ואחרים
כנגדם הרבה תלמידי חכמים
ויש בה היום כמו שלש
מאות יהודים · ומשם ד'
פרסאות לבידרש העיר ו
ושם קהל תלמידי חכמים
ובראשם רבי שלמה ח
חלפתא ורבי יוסף בר רבי
נתנאל ז"ל · ומשם שני
ימים להר געש הנקרא
מונפישליור

finiiſque ejus omnibus. Dehinc ſeſquidiei itinere Gerundam profectus fui: ubi exiguus Judæorum cœtus. Poſtea trium dierum ſpatio Narbonam: quæ civitas legis eſt antiſtes, indeq; lex ad quasvis regiones promanat. habet enim doctores inſignes, eoſque principes; inter quos primarius R. Kalonimus filius magni principis Rabbi Theodori beatæ memoriæ, qui à proſapiâ Davidis in genealogia ſua denominatur, cuiq; ſunt poſſeſſiones ac prædia, quę à dominis iſtius regionis accepta ipſi nemo vi eripere poteſt. Inter primarios etiam eſt R. Abrahã ipſius conſeſſus caput, nec non R. Machir & R. Jehuda, aliique his ſimiles multi, omnes ſapientię ſtudioſi. Atque iſtic hoc tempore trecenti fermè Judæi degunt. Hinc ad oppidum Bætiras ſunt paraſangæ quatuor. Ibi cœtus eſt ſtudioſorum ſapientiæ: inter quos excellit R. Selomo Halaphta & R. Joſeph f. Rab. Nathanaëlis piæ memoriæ. Iſtinc digreſſus biduo perveni ad

מונפישליר והוא מקום
יפה לסחורה · קרוב מן
הים ב' פרסאות ובאים
אליה מכל מקום לסחורה
אדום וישמעאל מארץ
אל ערוה ולונברדייא ו
ומלכות רומא רבתא ומכל
ארץ מצרים וארץ ישראל
וארץ יון וארץ צרפת וארץ
ספרד ואינגלטירה ומכל
לשונות הגוים נמצאים
שם על ידי גינואיין ופישנין
ושם תלמידי חכמים ה
חשובי הדור ובראשם רבי
ראובן בר טודרוס ור' נתן
בר' זכריה ורבי שמואל הרב
שלהם ורבי שלמיא ור'
מרדכי ז"ל · ויש ביניהם ע
עשירים גדולים ובעלי צדקה
ועומדים בפרץ לכל הבאים
לידם · · ומשם ארבע פ
פרסאות ללוניל ושם קהל
קדוש מישראל מתעסקים
בתורה יומם ולילה ·

Montem Pessulanum qui vocatur *Montpeslier*. Locus est negotiationi accommodus, duabusque parasangis abest à mari: quò ex omni loco ad mercaturam confluunt Christianorum & Muhammedanorũ plurimi, è regionibus Algarbiæ, Lombardiæ, & regno magnæ illius Romæ, universo regno Ægyptio, terrâ Israëlitica, & Græcia, Gallia, Hispania, & Anglia: adeoque ex omnium linguarum populis ibidem reperiuntur una cum Genuensibus & Pisanis. Ibidẽ sunt celeberrimi hujus seculi sapientum discipuli: atque inter eos primarii R. Reüben f. Theodori & R. Nathan f. R. Zacharjæ, R. etiam Samuel omnium Magister, deniq; R. Schelemja cum R. Mardochæo felicis memoriæ. Inter eos reperiuntur homines ditissimi, ideòque in egenos benefici, tutelam iis præstantes qui ad eorum potentiam confugiunt. Distat hinc quatuor parasangis Lunel: ubi sanctus erat cœtus Israëlitarum qui dies noctesque legi operam dabant.

ושם רבינו משולם הרב
הגדול ז"ל וחמשה בניו ח
חכמים גדולים ועשירים ר'
יוסף .ור' יצחק ורבי יעקב
ורבי אהרן ורבי אשר הפרוש
שנפרש מעניני העולם ועומד
על הספר יומם ולילה .
ומתענה ואינו אוכל בשר
והוא חכם גדול בתלמוד
והרב רבי משה גיסו ור'
שמואל החזן ורבי שלמה
הכהן ורבי יהודה הרופא
בן תבון הספרדי וכל הבאי'
מארץ מרחק ללמוד תורה
מפרנסים אותם ומלמדים
אותם ומוצאים שם פ
פרנסה ומלבוש מאצל ה
הקהל כל ימי היותם בבית
המדרש והם אנשים ח
חכמים וקדושים בעלי מ
מצות עומדים בפרץ לכל
אחיהם הקרובים והרחוקים
ובה קהל יהודים כמו
שלש מאות יצ"ו והיא

bant. Ibidem olim doctor noster Meſchulam magnus ille magiſter fauſtæ memoriæ; cujus in eodem loco quinque filii ſapientiſſimi & divites, R. Joſeph, R. Iſaac, R. Jacob, R. Aaron, & R. Aſcher verè devotus ille, qui ſeparatus à negotiis mundanis libro legis inhæret interdiu noctuque, atque ſe ipſum affligens carne non veſcitur, Talmudicæ doctrinæ peritiſſimus. Præterea magnus ille R.Moſes Giſſo, & R. Samuel prælector, denique R. Selemo ſacerdos cum R. Juda medico filio Tibbonis Hiſpani. Quicunque autem eò è regionibus longinquis ad diſcendam legem veniunt, hos alunt eoſdemque docent: etenim ibi alimenta ac veſtimenta è publico ſuppeditant quamdiu in ſchola verſantur. Sanè ſunt viri ſapientes ac ſancti, pręceptorumque cultores: qui quibuſvis fratribus ſive propinquis ſive remotis opem ferunt. Locus iſte continet cœtum Judæorum circiter trecentorum (quos conſervet, opto, eorum rupes

רחוקה

& redemtor) diſtatq; à mari duabus paraſangis. Inde duæ paraſangæ ad *Beaucaire* civitatem ampliſſimam: in quâ Judæi fermè quadraginta, celebriſque academia eximio Profeſſore doctore Abrahamo f. Rab. Davidis f. m. hic factis erat celebris & ſapientiâ excellebat, cum in Talmudicis, tum in Scriptura. adeo ut legis addiſcendæ cauſa ipſum adirent è longinquis etiam regionibus. atque in ſuis ædibus otium ac quietẽ nactos instituebat; quin etiam ſi cui ſumptus non ſuppeterent, ipſe de ſuo ex facultatibus ſuis quibuſcunque opus eſſet erogabat, utpote ditiſſimus. Ibidem ſapientes alii, Rab. Joſeph f. Rab. Menahem, R. Benbenſchath, R. Binjamin, R. Abraham, denique Iiſaac f. R. Moſis f. m. Hinc tribus paraſangis abeſt oppidum Nogres, quod dicitur Burgus Ægidii: ubi cœtus Judaïcus centum circiter ſapientum, quorum primarii R. Iſaac f. R. Jacobi, R. Abraham f. R. Judæ, Rab. Eliezer, R. Iſaac,

רחוקה מן הים שתי פרסאות ומשם שתי פרסאות ל לפותיקיירש והיא כרך גדול ויש בו יהודי' כמו ארבעים ושם ישיבה גדולה על יד הרב הגדול רבי אברהם בר רבי דוד זצ"ל רב פעלים חכם גדול בתלמוד ובפסוק ובאי' מארץ מרחק אליו ללמוד תורה ומוצאי' מ מנוחה בביתו והוא מלמדם ומי שאין לו להוציא הוא מוציא להם משלו וממונו לכל צרכיהם והוא עשיר גדול ושם חכמים רבי י יוסף בר רבי מנחם ורבי בנבנשת ורבי בנימן ורבי אברהם ורבי יצחק בר רבי משה ז"ל · ומשם ג' פרסאות לנו"רש הנקרא בור"ק דשל גיל ושם קהל מיהודים כמו מאה חכמים ובראש רבי יצחק בר רבי יעקב ורבי אברהם בר ר' יהודה ורבי אלעזר ורבי יצחק

ורבי משה ורבי יעקב בן הרב
רבי לוי ז"ל והוא מקום קבוץ
לגוים ולאיים מאפסי הארץ
והיא קרובה מן הים שלש
מילין ויושבת על שפת הנהר
הגדול הנקרא רודו והוא
הסובב כל ארץ פרובנצה ושם
הנשיא ר' אבא מרי בר רבי
יצחק ז"ל והוא פקיד השלטון
דמון · ומשם שלש פרסאות
לעיר ארל"ש ושם כמו מאתים
מישראל ובראש רבי משה
ורבי טובי ורבי ישעיה ורבי
שלמה ורבי נתן הרב ורבי
אבא מרי ז"ל · ומשם שלשה
ימים למרשיליה והיא עיר
גאונים וחכמים והם ב' קהלות
ובם כמו שלש מאות יהודים:
הקהל האחד יושב על שפת
הים למטה · והקהל האחר
יושב על שפת הים יושבים
במגדל למעלה והם ישיבה
גדולה ותלמידי חכמים רבי
שמעון בר רבי אנטולי"ו ור'
יעקב אחיו ורבי לבארו והם
ראשי

R. Moſes, & R. Jacob f. magni doctoris Levi p. m. Locus hic ab ultimis uſq; terris frequentatur variis gentibus ac inſularibus, nec à mari ultra tria milliaria diſtat, in ipſa ripa magni fluminis Rodani, quod totam provinciam alluit: ibi degit Princeps, R. Abba-Mari f. R. Iſaaci l. m. præfectus gubernatoris Damani. Vlterius tres paraſangæ ad civitatem Arelatũ: ubi ducenti Iſraëlitæ, quorum primarii R. Moſes, R. Tobias, R. Jeſaias, & R. Salamon, magnus R. Nathan, denique R. Abba-Mari f. m.

Tandem tridui itinere Maſſiliam deveni. Quæ civitas multos illuſtriſſimos & ſapientes habet, adeo ut duo ſint collegia trecentorum fermè Judæorũ: quorum unum maris littori inferius imminet; alterum verò ſimiliter mari adjacet, ſed in turri quadam loco ſuperiori, venerandum exhibens conſeſſum, ſapientiæ inquam ſtudioſos, R. Simeonem f. R. Antolii, fratremq; Rabbi Jacobum & R. Lebarum, qui ſuperiori

collegio præfecti sunt. In collegio autem inferiori eminent R. Jacob Phirphienus ditissimus, R. Abraham ejusque gener R. Meïr, R. Isaac & alter ille Meïr laudatæ memoriæ. Hæc civitas maritima celeberrima est commerciis.

Hinc conscensa nave Genuam tendere consuevere, urbem in littore sitam, quò post quatriduum appellere queunt. Duo hic fratres Judæi, R. Samuel f. Celami ejusq; frater, Sebathenses, viri boni. Vrbs muro cincta nulli regi paret; sed senatoribus, quos sibi cives arbitrio suo præficiunt. Singuli in ædibus suis turrim habent: unde exorto dissidio sese invicem oppugnant in turrium fastigio. Dominium maris obtinēt: in quo confectis actuariis navibus, quas galeras dicunt, huc illuc excurrunt prædatum ac spoliatum prædas ac spolia, quæ Genuam devehunt. Bellū gerunt cum Pisanis, unde bidui itinere distant. Est autem hæc civitas maxima decies mille turribus instructa: quibus in ædibus exstru-

ראשי של מעלה ובראש הקהל של מטה רבי יעקב פורפיינו העשיר ורבי אברהם ור' מאיר חתנו ורבי יצחק ור' מאיר זצ"ל והיא עיר סחורה מאד על שפת הים. ומשם יכנס אדם בספינה לעיר גנואה היושבת על שפת הים והוא מהלך ארבעה ימים בים ושם שני יהודים אחים רבי שמואל. בן כלאם ואחיו שהיו מעיר סבתה והם אנשים טובים והעיר מוקפת חומה ואין מלך שולט עליהם כי אם השופטים שהם מקומים עליהם כרצונם וכל אחד ואחד מהם מגדל בביתו ובשעת מחלוקתם נלחמים אלו עם אלו על ראשי המגדלים והם מושלי הים ועושים דוגיות הנקראות גליר"אש והולכי' לשלול שלל ולבוז בכלה מקומות שלל ובזה ומביאים אל גינואה. והם נלחמי' עם אנשי פי"שה וביניהם ובין פי"שה מהלך שני ימים והיא עיר גדולה מאד ובה כמו עשרת אלפים מגדלי'

בבתים שלהם ללחום בעת
המחלוקת וכל אנשיה גבורים
ואין מלך ואין שר שולט
עליהם כי אם השופטים אשר
הם מקימים עליהם ובה כמו
עשרי' יהודים והראש שלהם
רבי משה ורבי חיים ורבי
יוסף ז"ל ואינה מוקפת חומה
והיא רחוק' מן הים ארבעה
מילין ויוצאין ונכנסין אליה
בספינות על יד הנהר היורד
בתוך המדינה · ומשם ארבע
פרסאות לעיר לוקא יש כמו
ארבעים יהודי' והיא גדולה
והראש של היהודי' רבי דוד
ורבי שמואל ורבי יעקב ומשם
מהלך ששה ימי' לעיר רומא
רבתא והיא ראש מלכות
אדום· ושם כמו ר' יהודים
נכבדים ואין פורעי מס לשום
אדם ומהם משרתי הפפא
אלכשלדיר"וש הוא ההגמון
הגדול הממת' על כל דת אדום
ושם חכמי' גדולים ובראשם
רבי דניאל הרב ורבי יחיאל
משרת

exstructis orto dissidio ad mutua bella utuntur. Cives sunt viri fortes: ideoq; nec regi nec principi parent; sed senatoribus quos sibi præficiunt. Reperiuntur etiam viginti circiter Judæi: quorum primarii R. Moses, R. Hajim & R. Joseph l. m. Cæterum civitas nullo cincta muro à mari quatuor distat milliaribus: quò tamen ducunt ac reducunt naves fluvio quodam, qui ipsam civitatem influit. Succedit post quatuor parasangas Luca (ubi quadraginta ferme Judæi.) Civitas magna: ubi Judæorum primarii R. David, R. Samuel & R. Jacob. Hinc sex dierum itinere abest urbs illa maxima Roma, caput regni Edomæorũ. Hic ducenti ferme Judæi, viri honorati, nemini tributum pendentes: inter quos suos habet ministros Papa Alexander; qui maximus est princeps, totius Edomæorum religionis præfectus. Ibidem inveniuntur viri sapientissimi; quorũ primarius magnus R. Daniel, & R. Jehiel Papæ minister,

משרת של פפא והוא בחור
יפה נבון וחכם והוא יוצא
ובא בבית הפפא והוא פקיד
ביתו ועל כל אשר לו והוא
נכדו של רבי נתן שעשה
ספר הערוך ופירושיו ורבי
יואב בן הרב רבי שלמה ורבי
מנחם ראש הישיבה ורבי
יחיאל הדר בטרשטי״ברי ורבי
בנימן בר ר' שבתי ז״ל והיא
רומא העיר שני חלקי' והנהר
טיברוס חולק באמצע המדינה
חלק אחד מצד אחד וחלק
אחד מצד שני ובחלק הראשון
הבמה הגדולה שקוראין לה
שלבו״טרא די רומא ושם
היה ארמון של יוליוס קיסר
הגדול· ויש שם בנינו' הרב'
ומעשים משונים מכל בנין
שבעולם ובי' המיושב והחרב
מן רומא כ״ד מילין ושם
שמונים היכלות משמונים
מלכים גדולים ובתורה . ה
הנקראים כלם אינפירדור
ממלכות טרקיינוס ועד

juvenis formosus, prudens ac sapiens, qui in aula Papæ conversatur, utpote aulæ omniumque ipsius facultatum administrator. Nepos est R. Nathanis qui librum Aruch composuit unà cum commētariis. Inter primarios etiam R. Ioab f. magni R. Salomonis, R. Menahem ipsius academiæ caput, R. Jehiel trans Tiberim habitans, & R. Binjamin f. R. Schabtæi l. m. Cæterum Roma duabus constat partibus: quas ita Tiberis flumen interfluit, ut urbis pars una ab hoc, altera ab altero latere conspiciatur. In priori parte est templum maximum quod S. Petri Romanum vocatur: ubi etiam palatium magni Julii Cæsaris cum multis ædificiis operibusq; longe diversis à cæteris omnibus quæ toto exstant orbe. Atque hæc urbs quà habitata, quà devastata viginti quatuor patet milliaria: continens palatia octoginta regum octoginta, qui sui juris periti vocantur omnes Imperatores: inde à Tarquinii regno ad regnum

מלכות פפוס אביו של קרלו
אשר כבש ארץ ספרד מיד
הישמעאלים בתחלה · ושם
היכל טיטוס לחוץ לרומא
שלא קבלוהו שלש מאות
יועציו בשביל שלא עשה
מצותם שלא לקח ירושלם
אלא לג' שנים תגזרו הם עליו
ב' שנים ושם כמו היכל ארמון
המלך אספסינוס בנין גדול
וחזק מאד ׃ ושם ארמון ה
המלך מלך גלבין ויש בתוך
ארמון שלו שלוש מאות
וששים ארמונים כמנין ימות
השנה · והקפת הארמונים
ג' מילין · והיתה מלחמה
ביניהם בימי קדם ונפלו
בתוך הארמון יותר ממאה
אלף בני אדם הרוגים והיה
העצמות עד היום הזה תלויו'
וצייר המלך ענין המלחמ'
מצד ומצד מערכה לקראת
מערכה בני אדם וסוסיהם
וכלי מלחמתם הכל אבן
שיש להראות לבני העולם
המלחמה

regnum uſque Pipini patris Caroli, qui omnium primus Hiſpanias Iiſmaëlitis eripiens ſibi ſubjugavit. Ibi extra Romam eſt palatium Titi: quem trecenti ſenatores ſuſcipere ideò detrectarunt, quod ipſorũ mandato non paruiſſet: utpote qui elapſo demum triennio Hieroſolyma cepiſſet, cum biennium præſcriptũ fuiſſet. Prȩterea inſtar templi conſpicitur palatium regis Veſpaſiani, ſtructura maxima ac firmiſſima. Adhæc palatium regis, regis inquam Galbini: in cujus palatio trecentæ & ſexaginta aulæ, quæ dierum anni numerum æquant; ut earum ambitus ad tria milliaria extendatur. Quum autem inter ſe quondam bellũ gererent, in iſto palatio ultra centum millia Edomæorum ceciderunt: quorum oſſa ibi ad hodiernum uſque diem ſuſpenſa. Rex etiam ſculptura totum bellum in omnibus lateribus expreſſit, acie aciei oppoſita, hominibuſque cum equis ſuis & armis marmori inſculptis: ut poſt longa

ſecula prælium antiquum ob oculos poneret. Ibidem invenitur ſpelunca ſubterranea continens regem ac reginam conjugem thronis inſidentes & centũ fere homines regni proceres, omnes opere pigmentario cælatos in hodiernum uſq; diem. In baſilica S. Steph. apud ejus imaginẽ in ſacello duę ſunt columnæ æneę, opus regis Salomonis, qui in pace quieſcit: & cuiq; columnę hęc inſculpta verba, *Salomon f. Davidis*. Narrarunt autem mihi Judæi ibi degentes, ſingulis annis nono die Julii ex illis ſudorem aquæ inſtar manare. Illic etiam ſpelunca ubi Titus filius Veſpaſiani vaſa ædis ſacræ ſepoſuit, quæ Hieroſolymis attulerat. Eſt & alia crypta in monte ad fluminis Tiberis ripam, ubi ſepulti decem juſti laudatæ memoriæ, qui ſub regno tyrannico occiſi fuere. Porrò ante templum imaginis Lateranenſis ſculptus eſt Samſon globum lapideum manu tenens: deinde Abſalon filius Davidis, & rex Conſtantinus

המלחמה שהיתה בימי קדם ושם ימצא מערה שהולכת תחת הארץ ונמצאי' המלך והמלכה אשתו על כסאותם ועמם כמו מאה בני אדם שרי המלוכה וכלם חקוקים במלאכת הרופאים עד היום הזה · ושם בשלטֹאני אל אטֹישני ובבמה שני עמודים מנחשת ממעשה שלמה המלך עליו השלום ובכל עמוד ועמוד חקוק שלמה בן דוד ואמרו לי היהודים אשר ברומא כי בכל שנה ושנה בימי ט' באב נמצאה זיעה עליהם נגרת כמים · ושם מערה שגנז טיטוס בן אספסיינוס כלי בית המקדש שהביא מירושלם תם מערה אחת בהר על שפת הנהר טֹיברו · ושם קבורים הצדיקים ז״ל עשרה הרוגי מלכות ולפני שלגון דלטרנ״ה מצוייר שמשון וכידור בידו של אבן · תם אבשלום בן דוד תם המלך קושטרינוס

qui

שבנה קושטנדינה ועל שמו
נקראת קושטנטינופולי · ו
והוא מצוייר מנחשת וסוסו
ומצופים בזהב · ויש בניינים
אחרים ועניינו' ברומא ש
שלא יוכל אדם לספרם·
ומשם ד' ימים לקפואה
היא המדינה הגדולה ש
שבנאה קפיס המלך והיא
טובה אבל המי' רעים
והארץ משכלת ויש בה
כמו שלש מאות יהודים
ובם חכמים גדולי' נכברי
ארץ 'ובראשם רבי קונפשו
ורבי שמואל אחיו ורבי זקן
והרב רבי דוד ז"ל וקוראין
לזה פרינציפנו· ומשם לפוצול
הנקראת סורינטו העיר ה
הגדולה שבנה צינצן הדרעזר
שברח מפני פחד דוד המלך
ע"ה ויצא הים וכסה אותם
בשני חלקי' מן העיר · ועד
היום הזה רואי' בני אדם
השווקים והמגדלים שהיו
בתוך המדינה ושם מעין
נובע

qui Constantinā exstruxit de nomine ipsius vocatam Constantinopolin. Sculptura ejus & equi ex ære, sed obducta erat auro. Alia etiam sunt Romæ ædificia ac opera, quæ nemo recēsere queat. Hinc ad Capuam est iter quatridui. civitas magna est, quam Capys rex quondam struxisse fertur: elegantia etiam eximia; aquæ tamen insalubres, ut regio quasi abortū faciat. Habet trecentos pene Judæos, nonnullos etiam sapientissimos & ubique celebres: quorum primarii R. Konpassus & R. Samuel fratres, præterea R. Zaken & magnus ille Rab. David f. m. quem *principem nostrum* vocant. Ulterius profectus fui Puteolos quondam Surentum dictam, urbem magnam, quam olim condidit Tsintsan Hadar-Ezer, quum metu Davidis regis (in pace quiescentis) aufugisset. Verumenimverò mare inundans cives utraque urbis parte obruit. Ac etiamnum fora & turres, quæ in media civitate fuerunt, à quovis

Digitized by Google

conſpiciuntur. Ex ipſo loco medius ſcaturit fons : ubi olearia materia invenitur, (vulgô vitriolum) quam ex aquæ ſuperficie collectam ad medicamenta cõficienda ſeponunt. Ibidem thermæ ſive balnea aquarum calidarum, quæ ex fundo ſcaturiunt in maris littore. Sunt autẽ duo balnea quæ ab omnibus morbo laborantibus frequentantur: quippe quæ ſalutifera doloremque lenientia deprehenduntur. Et ægroti omne genus è Lombardia eò æſtate confluunt. Hinc per milliaria quindecim ſub montibus iter conficitur. Operis author eſt Romulus, qui Romam condidit, atque hæc omnia fecit cum ſibi à Davide Iſraëlitarum rege & Joabo exercitus duce metueret. Alia etiam cum ſupra, tum infra montes urbis Neapolis exſtruxit : quæ civitas muniſſima in littore maris ſita eſt, à Græcis olim condita. Ibi quingenti ferme Judæi : inter quos Rab. Ezechias, R. Schallum, R. Elias ſacerdos & R. Iſaac b. m.

è mon-

נובע מתוך התהום ונמצא שם השמן הנקרא פיטרוליו ומלקטין אותו על פני המים ומשימין אותו רפואות ויש מרחצאות של מים חמין נובעין מתחת הקרקע והם על שפת הים והם כמו שני מרחצאות שכל אדם שיש בו שום חולי ילך וירחוץ בהם נמצא מרפא ומרגוע וכל החולים מבני לונברדיאה באים שם הקיץ ומשם ילך אדם דרך חמשה עשר מילין תחת ההרים הוא הבנין אשר בנה רומולוס המלך שבנה רומ' הכל עשה מפני פחד דוד מלך ישראל ויואב שר צבאו ועשה בנין על ההרים ותחת ההרים נאפולי המדינה והיא עיר בצורה מאד יושבת על שפת הים מבנין היונים ושם כמו חמש מאות יהודים ושם רבי חזקיה ורבי שלום ורבי אליה הכהן ורבי יצחק מהר ההר ז"ל.

Digitized by Google

ומשם דרך יום עד עיר שלירנו ושם ישיבת ה הרופאים לבני אדום ושם כמו שש מאות יהודים ושם חכמים רבי יהודה בר רבי יצחק ורבי מלכי צדק הרב הגדול שהיה מעיר ציפונת ורבי שלמה הכהן ורבי אליה היוני ורבי א אברהם נרבוני ורבי תמון והיא עיר מוקפת חומה מצד היבשה ומצד האחר על שפת הים והמגדל בראש ההר חזק מאד · ומשם חצי יום לאמלפי ושם כמו עשרי' יהודים ושם חננאל ה הרופא ורבי אלישע ואבואל גיד הנדיב ז״ל והגוים א אנשי הארץ תגרים· הולכי' בסחורה ואינם זורעים אלא קונים הכל בכסף מפני שהם שוכנים על ההרי' הגבוהים ובראשי הסלעים · אבל יש להם פירות ה הרבה ארץ כרמים וזתים תנות

è monte Horo oriundus. Hinc diei itinere Salernum venitur, ſcholam medicorum Edomæorum: ubi prę-terea ſexcēti pene degunt Judæi, in quibus ſapientia præcellunt R. Juda filius R. Iſaaci, R. Melchiſedek magiſter inſignis Sipontinus, R. Salomon ſacerdos, R. Elias Græcus, R. Abraham Narbonenſis, ac denique R. Thimmon. Oppidum à continente muro cingitur; ab altera autem parte maris littori imminet: turrimque habet in montis cacumine munitiſſimam. Inde dimidii diei itinere diſtat Malfi: ubi viginti circiter Iudęi, inter quos Hananeel Medicus & R. Eliſæus, magnificus etiam ille Abu-Algidus fauſtæ memoriæ. Gentiles autem qui regionem incolunt mercatores ſunt, qui huc illuc mercaturam exercentes proficiſcuntur: agros non conſerunt, ſed quævis ſibi pecunia comparant; quippe qui in altis montibus & petrarum cacuminibus habitãt. Abundant tamẽ terræ fructibus è vinetis, olivetis,

Digitized by Google

hortis & pomariis. Nec quiſquam cum ipſis bello contendere poteſt. Hinc unius diei itinere Beneventum deveni urbē magnam in littore & monte quodā ſitam: ubi ducenti pene Judæi; quorum præcipui R. Kalonymus, R. Zera & R. Abraham l. m. Inde bidui itinere diſtat Malchi in Apuliæ regione, quæ fabis abundat. Hic inter ducentos circiter Judæos primores erant R. Ahimaats, R. Nathan & R. Tſadok. Ulterius ad Æſculum eſt iter unius diei: atque hic inter quadraginta Iudæos excellunt R. Kontilus, ejuſque gener R. Tſemah & R. Joſeph. l. m. Hinc abeſt duabus ſtationibus Trane in littore ſita: quò conveniunt quicunque Hieroſolyma verſus transfretare cupiunt; quia hic eſt portus ſive λιμὴν commodiſſimus. Ibidem cœtus ducentorum ferme Iſraëlitarum: quorum primores R. Elias, & R. Nathan concionator, & R. Jacob. Urbs ipſa elegans & ſpatioſa. Ab hac una ſtatione abeſt Michael de

גנות ופרדסים ואין אדם יכול להלחם עמם · ומשם דרך יום לבנאבינטו היא עיר גדולה יושבת על שפת הים והר אחד ושם קהל מיהודים כמו מאתים ו ובראשם רבי קלונימוס ורבי זרח ורבי אברהם זל · ומשם שני ימי' למלכי שבארץ פוליא והיא ארץ פול ושם כמו מאתים יהודים ובראשם רבי אחימעץ ור' נתן ורבי צדוק · ומשם מ מהלך יום לאשקולי · ושם כמו ארבעים יהודים ובראשם רבי קונטילו ור' צמח חתנו ורבי יוסף ז"ל ומשם שני ימים לטר"נאה אשר על שפת הים ושם מתקבצים כל הרוצים לעבור לירושלם כי שם פורט הנמל הנכון ושם קהל מישראל כמו מאתי' ובראשם רבי אליה ורבי נתן הדרשן ורבי יעקב והיא עיר טובה וגדולה · ומשם מהלך יום למיקולם

Digitized by Google

דבר היא המדינה הגדולה אשר החריב המלך גילמו של ציקיליה ואין שם היום מישראל מפני שהיא חרבה ומן הגוים כמו כן· ומשם יום חצי לטר"אנטו· היא תחלת מלכות ארץ קלאבריאה ויושביה יונים והיא עיר גדולה ובה כמו ש' יהודים ובם חכמים ובראשם רבי מאלי ורבי נתן ור' ישראל ומשם מהלך יום לברנדיש אשר על שפת הים נשם כמו י' יהודים צבעים· ומשם שני ימים לאוטר"נטו אשר על שפת הים ארץ יון ושם כמו חמש מאות יהודים והראש שלהם רבי מנחם ורבי כלב ורבי מאיר ורבי מאלי ומשם עובר אדם בים דרך שני ימים לאוקר"ופוס ושם יהודי אחד ושמו ר' יוסף ועד הנה מלכות צק"יליה· ומשם דרך שני ימים בים לארץ לבטה היא תחלת מלכות מנואל מלך היונים והיא כפר ובה כמו מאה יהודים

Bar civitas olim magna; quam vastavit Siciliæ rex VVilhelmus. Quia vero plane devastata est, hodie nulli hic Israëlitæ, pariterq; nec Gentiles ulli. Ulterius dimidiato die Tarentum veni, initium regni regionis Calabriæ: ubi incolæ Græci. Urbs magna est, in qua trecenti ferme Judæi: quorum quidam sapientia eminent, inter quos primas tenent R. Mali, R. Nathan, & R. Israël. Hinc diei itinere distat Barnedis, in littore condita: ubi decē circiter Judæi, qui coccineas vestes tingunt. Inde itinere bidui abest civitas Otranto in maris littore, ditio Græcorum: ubi quingenti fere Judæi; quorum præstantissimi R. Menahem, R. Caleb, R. Meïr & Rab. Mali. Hinc transfretantes bidui spatio Corfu pervenire possunt; ubi Judæus unicus cui nomen R. Joseph: atq; hactenus Siciliæ regno accēsetur. Hinc itinere bidui maritimo distat Labta (forte Larta) initiū regni Emanuelis Græcorum regis: vicus est, in quo centū circi-

ter Judæi habitant; quorum primarii Rab. Schelahja & R. Hercules. Inde biduum eſt ad Achilonem (forte Alcipum) ubi decem ferme Judæi; quorum caput R.Schabtæus. hinc dimidii diei itinere diſtat Natolicon in brachio maris ſita. Unde mari ſtatione una Patram veni; Antipatri Græcorum regis urbem: qui unus fuit è quatuor illis regibus, poſt Alexandrum regem imperantibus. Hic magna & antiqua ſunt ædificia, quinquaginta etiam ferme Judæi; inter quos primas tenent R. Iſaac, R. Jacob & R.Samuel. Ab hac urbe ad Lepantum dimidii diei maritimum iter eſt: ubi in littore maris centũ fere ſunt Judæi; quorum præſtantiſſimi R. Gizri, R. Schallum & R. Abraham p.m. Hinc ſequidiei iter ad Criſſam: ubi in monte Parnaſſo ſoli habitant ducenti fere Judæi, qui ſerunt ac metunt in hærediis ſuis & fundis ſuis; ſibique præpoſitos habent R.Salomonem, R. Hajim & R. Jedajam. Inde tridui itinere di-

יהודים ובראשם רבי שלחיה ורבי ארקולים · ומשם שני ימים לאכילון ושם כמו עשרה יהודים ורבי שבתי בראשם : ומשם חצי יום לנטוליקון היושבת על זרוע הים · ומשם לפטרה יום א' דרך ים היא המדינה של אנטפיטרו"ש המלך של יון· הוא היה אחד מארבעה מלכים שקמו אחרי אלכסנדרוס . ה המלך ושם בניינים גדולים קדמונים ושם כמו חמשים יהודים ובראשם רבי יצחק ורבי יעקב ורבי שמואל ומשם חצי יום דרך ים ללפנטו ושם כמו מאה יהודים על שפת הים ובראשם ר' גזרי ורבי שלום ורבי אברהם ז"ל· ומשם מהלך יום וחצי לקורש ושם חונים כמו מאתים יהודי' לבדם בהר פרנ"ש והם זורעים וקוצרים בנחלתם וקרקעותיהם · ובראשם ר רבי שלמה ורבי חיים ור' ידעיה · ומשם שלשה ימים

Digitized by Google

עד עיר קורנטו המדינה ושם כמו שלש מאות יהודים ובראשם רבי ליאון ורבי יעקב ורבי חזקיה· ומשם שלשה ימים לטיבש עיר גדולה ובה כמו אלפים י יהודים והם האומנים ה הטובים לעשות בגדי משי וארגמן בארץ היונים· ובהם חכמים גדולים במשנה ובתלמוד והם גדולי הדור ובראשם הרב הגדול רבי אהרן קוטי ור' משה אחיו ור' חייא ורבי אליה תירתינו ורבי יקטן ואין כמותם בכל ארץ יון חוץ ממדינת ק קושטטינופולי ומשם מהלך יום לארגירפו והיא עיר גדולה על שפת הים ובאים אליה תגרים מכל צד ופנה ושם כמו מאתים יהודים ובראשם רבי אליה פשלטירי ורבי עמנואל ורבי כלב· ומשם דרך יום עד יבושטריסה והיא מדינה על שפת הים ושם כמו מאה יהודי' ובראשם רבי יוסף ורבי

ſtat urbs Corinthus metropolis: in qua trecenti ferè inveniuntur Judæi, quorũ primores R. Leo, R. Jacob & R. Ezechias. Unde tertio die Thebas deveni, urbem magnam. Hic bis mille circiter degunt Judæi, eorum qui in Græcia habitant peritiſſimi ſericarii, purpuræq; artifices. Inter illos etiam quidam doctiſſimi, conſtitutionum & Gemaræ peritiſſimi, ſeculi hujus maximi. Quibus præcellunt magnus ille doctor R. Aaron Cutæus ejuſque frater R. Moſes, R. Hija, R. Elias Thirtinus, R. Joctan: quos nulli æquant in tota Græcia, excepta urbe Conſtãtinopolitana. Iſtinc unius diei itinere profectus fui Ægriphou civitatẽ magnam ad mare ſitam: ad quam è quavis mundi plaga & angulo mercatores commeant. Ibi ducenti circiter Judæi: quorum capita R. Elias Pſalterius, R. Emanuel & R. Caleb. Hinc una ſtatione ad Jabuſteriſam urbem maritimam: ubi centũ fere Judæi; quorũ præfecti ſunt R. Joſeph,

Digitized by Google

R.Samuel, & R.Nethanja. Inde Robinica unius diei itinere diſtat : ubi Judæi ferme centum, quibus præpoſiti R. Joſeph, R. Eleazarus, & R.Iſaac. Unde iterum uno die diſtat Κυνοποταμὸς: in qua quinquaginta circiter Judæi; quorũ præfecti R.Salomon, & R. Jacob. Hæc eſt Valachiæ initium; cujus incolæ montes incolunt : gens ipſa Valachorum nomẽ gerit. celeritate cum capreolis conferendi, è montibus in Græcorum regionem deſcendunt, ut ſpolium & prædam auferant. Nemo illos bello laceſſere poteſt: necque rex ullus eos domare poteſt. Chriſtianorum inſtituta non obſervant: ſuiſque Judaïca nomina imponunt. unde nonnulli Judæos fuiſſe aſſerunt, Judæoſque appellare fratres ſuos; quumque hos offendunt, eos ſpoliare, ſed non occidere, quemadmodum occidunt Græcos : vivere deniq; exleges. Inde duabus ſtationibus deveni Gardegin urbem uaſtatã: quam pauci Græci ac Judæi incolunt.

ורבי שמואל ורבי נתניה·
ומשם לרוביניקה מהלך
יום אחד ושם כמו מאה
יהודי' ובראשם ר' יוסף ורבי
אלעזר ורבי יצחק ומשם
מהלך יום לשינון פוטמו ובה
כמו חמשים יהודים ובראשם
רבי שלמה ורבי יעקב והוא
תחלת בלכי"א שיושבים
בהרים והיא האומה הנקראת
בלכיין והם קלים כצבאים
יורדים מן ההרים לשלול
ולבוז אל ארץ יון ואין אדם
יכול לעלו' אליהם למלחמה
ואין מלך יכול לשלוט ע
עליהם ואינם חזקים בדת
הנוצרים וקוראים שמם
ביניהם בשמות היהודים ויש
אומרים שהם יהודים היו
והיו קוראים ליהודים אחינו
וכשימצאו אותם בוזזים
אותם ואינם הורגי' אותם
כמו שהורגי' ליוני' ואין להם
שום דת· ומשם שני ימים
לגרדיגי והיא חרבה ואנשי'
בה מעט מונים ומיהודי'

ומשם שני ימים לארמילו והיא עיר גדולה על שפת הים והיא עיר סחורה לבינציאניש ולפישניש ו ולגינוביש ולכל הסוחרי' ה הבאים שם והיא ארץ רחבת ידי' ובה כמו ארבע מאות יהודים ובראשם הרב ר' שילה ורבי יוסף הפרנס ורבי שלמה הראש· ומשם מהלך יום לבישינה ושם כמו מאה יהודי' ובראשם רבי שבתא הרב ורבי שלמה ורבי יעקב· ומשם דרך שני ימים בים לעיר סלוסקי שבנה סליקוס המלך אחד מארבעה שריגי יון שקמו אחרי אלכסנדרוס והי' עיר גדולה מאד ובה כמו חמש מאות יהודים ושם הרב רבי שמואל ובניו תלמידי חכמים והוא שם ממונה על היהודים תחת יד המלך ורבי שבתאי חתנו ורבי אליה ורבי מיכאל ושם גלות גדול ליהודים והם מתעסקים במלאכות·

ומשם

colunt. Ulterius bidui itinere Armilonem urbem magnam eamque maritimam, Venetis, Pisanis & Genuensibus, omnibusque mercatoribus eò venientibus emporium commodũ. Regio est spatiosa, quę quadringentos circiter Judæos habet: quorum primores magnus R. Schilo, R. Ioseph œconomus, & R. Salomon præfectus. Hinc diei unius iter est Bissinam petentibus: ubi centum ferme Judæi; quorum primores magnus R. Schabta, R. Salomon & R. Jacob, Inde mari itinere bidui Seleuciam appuli: quam Seleucus rex (unus ex illis quatuor Græciæ propaginibus, quę post Alexandrum surrexerunt) statuit. Urbs maxima est; in qua Judæi fere quingenti degunt, & inter alios magnus R. Samuel cum filiis sapientiæ studiosis. Hic Judæis istius loci præfectus est, sub potestate regis. Sunt pręterea R. Schabtæus ipsius gener, R. Elias & R. Michael: adeoque magna exulantium Judæorũ turba, qui artes mechanicas

tractant. Hinc duabus ſtationibus abeſt Mitriſi: ubi viginti fere Judæi, inter quos R. Eſaias, R. Machir & R. Eliab. Inde duobus diebus Darmam veni: Judæoſque ferme centum & quadraginta inveni; & in iis primas tenebãt R. Michael & R. Joſeph. Poſtea unico itinere Caniſtolin profectus, viginti fere Judæos inveni. Hinc tridui ſpatio ad Abidum civitatem in littore ſitam conficitur iter: unde ulterius inter montes quinq; dierum iter eſt magnam uſq; Conſtantinopolin. Quæ regni caput eſt in univerſa ditione Græcorũ quos Grecianos vocant: Regiaque eſt Imperatoris Emanuelis, cujus imperio parẽt reges duodecim; quibus ſingulis ſuum eſt Conſtantinopoli palatiũ. Turres habent & urbes, dominiumque in totam terram obtinent. quorum caput rex. Primo nomen Præpoſitus magnus; ſecundo Μέγας δομεστικὸς ſive domeſticus major; tertio Dominus; quarto Μέγας δοῦκας

ומשם שני ימים למיטריסי
ושם כמו עשרים יהודים
ושם רבי ישעיה ורבי מ
מכיר ורבי אליאב· ומשם
שני ימי' לדרמה ובה כמו
ק"מ יהודים · ובראשם רבי
מיכאל ורבי יוסף · ומשם
מהלך יום לקנישתולי ושם
כמו עשרים יהודים · ומשם
דרך שלשה ימים דרך לאבידו
היושב על שפת הים מהלך
חמשה ימי' בין ההרים
עד מדינת קושטנדינה ה
הגדולה והיא ראש המלכות
בכל ארץ יון הנקראים
גירואינוש ושם כסא המלך
מנואל אינפרדור ושנים
עשר מלכים תחת ידו וכל
אחד ואחד יש לו ארמון
בקושטנטינה ולהם מגדלים
ומדינות ושולטים בכל
הארץ ובראשם המלך א
אפריפוס הגדול והשני מגה
דמשטוקרין והשלישי דומינות
והרביעי מקרוקוס החמישי

ſive magnus Dux; quinto Οἰκονόμος μέγας, id eſt

איקנמוס מגלי ושאר השמות
שלהם כענין הזה ועיר ק
קושטאנטינה בהקפת העיר
יש בה יח מיל וחציה על
הים וחציה על היבשה
והיא יושבת על שתי זרועות
ים אחד שיבא מים רוסיה
ואחד מים ספרד וכל הסוחרים
הבאי' מארץ בבל ובכל
ארץ שנער וארץ מדי ופרס
וכל מלכות ארץ מצרים
וארץ כנען ומלכו' רושיא
ואונגריאה ופסיונקי ובוריא
וארץ לונברדייא וספרד ו
והיא עיר הומיה באים אליה
בסחורה מכל הארצות בין
בים בין ביבשה אין כמותה
בארצות חוץ מבגדיד העיר
הגדולה אשר לישמעאלים
ושם במה של תוספיה ושם
הפפא של יונים מפני
שאינם עונים לדת הפפא של
רומא ושם במות כמנין
השנה ויש שם ממון גדול
לאין

magnus œconomus: reliquaque illorum nomina hisce sunt similia. Cæterum Constantinopolis in circuitu octodecim patet milliaria, idque ea ratione, ut medietas una mari alluatur; altera verò in continente hæreat: imminetque duobus maris brachiis, quorum unum è Russiæ; alterum ex Hispaniarum mari oritur. huc etiam cujusvis generis mercatores conveniunt è Babylonia, totaque Mesopotamia, Media, Persia, totoque Ægypti regno, Cananæa, regno Russiæ, Hungaria, Pesiinki & Buria, Lombardia denique & Hispania. Hic ingens hominum strepitus: quum eò negotiationis ergo ex omnibus regionibus conveniant, quà mari, quà terra: adeo ut huic urbi nulla, excepta maxima Ismaelitarum civitate Bagded, par uspiam reperiatur. Hic etiam templum Sophiæ: & Græcorum Papa; quia religioni Papæ Romani non consentiunt. Fana ibidem dies anni numero æquant. Et tam in-

Digitized by Google

gens eſt, ut ratio iniri nequeat, pecuniæ ſumma: quã eò quotannis ex utraque regione, arcibus, munitiſque locis illius ditionis conferunt, ut in nullis totius orbis templis tantæ divitiæ reperiantur. In medio templo conſpiciuntur aureæ & argenteæ columnæ, aureaque ac argentea candelabra plura quã quiſquam dinumerare poſſit. Eſt quoque locus in quo ſe oblectare rex ſolet, iſq; aulæ muro proximus, dictus hippodromus: ubi rex quotannis die natalitio Jeſu Nazareni magnum edit ſpectaculum. Nam in iſto loco coram rege & regina omnia hominum totius mundi genera ſuis imaginibus exhibentur quolibet præſtigiarum genere. Producere etiam ſolẽt leones, urſos, pardos atq; onagros: quos emittunt ut inter ſe concertent; ut & aves. Nec ullibi par viſitur ſpectaculum. Ipſe autẽ rex Emanuel in regiam ſuam magnum in littore ædificavit palatium, pręter illud à majoribus exſtructum: idque Bla-

לאין מספר שמביאין אליה
בכל שנה משני איי' ומגדלי'
וכרכים שיש שם וכעושר הזה
לא נמצא בכל הבמות שבעולם
ובתוך הבמה עמודים של
זהב וכסף ועששיות של
כסף וזהב יותר ממה שיוכל
אדם לספר ושם יש מקום
אחד מקום שחוק המלך
סמוך לכותל הארמון הנקרא
איפודרומי ובכל שנה ושנה
עושה המלך שם ביום ת
תולדת ישו הנוצרי שחוק
גדול ובאותו מקום מצוירי'
כל מיני בני אדם שבעולם
לפני המלך והמלכה בכל
מיני כשוף ומביאים אריות
ודובים ונמרים וחמור הבר
ומשלחים אותם להתקוטט
זה עם זה והעופות כמו כן
ולא נראה כשחוק ההוא
בכל הארצות והוא המלך
עמנואל בנה ארמון גדול
לכסא מלכותו על שפת
הים חוץ מן הארמון שבנו
אבותיו וקרא אותו בילכירנש

Digitized by Google

וצפה העמודים והכותרות זהב וכסף צרוף וצייר בם כל מלחמות הקדמונים אשר היו לפניו וגם המלחמות אשר עשה הוא בעצמו ועשה שם כסאו של זהב ואבן יקרה ועטרת זהב תלויה בשלשלת של זהב על הכסא במדת ישיבתו תחתיה ובה מרגליות שאין שום אדם יכול לשער דמיהם כי בלילה אין צריכין שם נרות כי הכל רואין מאור המרגליות אשר מאירים להם עד מאד ושם ענינים שאין אדם יכול לספר אותם ומביאים מכל ארץ יון כל המכס בכל שנה ושנה וממלא ממנו מגדלים מבגדי משי וארגמן וזהב ולא נראה הבני' ההוא והעושר ההוא בכל הארץ ואומרי' כי המס של המדינה עצמה עולה בכל יום עשרים אלף זהובים בין שכירות החנויות והשווקים ומכס הסוחרים הבאים בים וביבשה והיונים.

chernas vocavit: & columnas ac earum ornamenta aurò & argento probato obduxit; iisque cum bella ab antiquis antequam nasceretur gesta; tũ quæ ipse gesserat insculpsit. Ibidem solium suum ex auro & gēmis paravit: solioque aurea corona ex aurea catena impendet, æquali cum inferiori sedili ambitu. In ista margaritæ, quarum pretium nemo facile æstimet: etenim noctu nullis ibi lucernis opus habent; siquidem omnes margaritarum luce fruantur, quæ ipsos admodum illuminãt. Sunt & alia quæ nemo recensere facile queat. Atq; eò annuatim è tota Græcia omnia tributa inferunt, ut turres inde impleantur; cum vestibus sericis & purpureis, tum etiam auro. Nec structura; nec divitiæ tantæ in ulla regione reperiuntur. Ipsius civitatis tributum singulis diebus viginti aureorum millia conficere ajunt, cum ex locatione tabernarum; tum ex foris venalitiis & mercatorũ vectigalibus, qui mari ac ter-

Digitized by Google

ra eò confluunt. Porrò regionis incolæ Græci sunt divites, cum auro, tū margitis abundantes: ideoque vestibus incedunt sericis, quibus alias ocellatas auro intextas & acupictas superinduunt. Ita equis vecti regum filiis videntur persimiles. Regia latissime patet, præstantissimis omne genus fructibus dives; pane etiam, carne & vino plenissima: nec illorum divitiis pares est invenire in orbe universo. Sunt etiam in omnibus Græcorum libris versatissimi, comedentes & bibentes quisque sub vite & ficu sua. Atque ex omnibus gentium nationibus, quas Barbaras vocant, milites conducunt, qui cum Sultano rege Togarmanorum, quos Turcas dicunt, prælia ineant: quia nullo animi ardore ad præliandum imbuti, mulieribus habentur similes, quum viribus ad retundendum hostem destituantur. In ipsa urbe nulli sunt inter illos Judæi: quia trans aquarum ingentem alveum ablegati sunt; & maris Sophiæ brachium ipsos cingit à parte

והיונים אנשי הארץ עשירים גדולי בזהב ומרגליות והם הולכי' מלובשי' בגדי משי ומשבצות זהב באריגה ו וברקמה על לבושיהם ורוכבים על סוסים ודומים לבני מלכים והארץ רחבת ידים מאד בכל מיני מגדים וגם לחם ובשר ויין הרבה מאד ולא נראה בכל הארץ כעשרם והם בעלי חכמה בכל ס ספרי היונים ואוכלים ושותים איש תחת גפנו ותחת ת תאנתו ושוכרים מכל לשונות הגוים הנקראים להם לעזים ללחום עם השלטן מלך תוגרמים והם הנקראים טורקו"ש מפני שאין להם להב לב למלחמה והם נ נחשבים כנשים אשר אין בם כח לעצור ואין היהודים בתוך המדינה בינם כי ה העבירום אחר זרוע המים וזרוע ים שופי"א מקיף עליהם

מצר אחד ואינם יכולים
לצאת אלא דרך ים לסחורה
עם בעלי המדינה ושם כמו
אלפים יהודים רבנים ומהם
כמו חמש מאות קראין בצד
אחד וביניהם ובין הרבנים
שהם תלמידי חכמים מחיצה
ובראשם רבי אבטליון הרב
ור' עובדיה ור' אהרן כושפו
ורבי יוסף שרג"נו ורבי א
אליקים הפרנס וביניהם
אומנים של בגדי משי וסוחרים
הרבה ועשירים גדולים
אבל אין מניחין שם יהודי
לרכוב על סוס חוץ מרבי
שלמה המצרי שהוא רופא
למלך ועל ידו מוצאים ה
היהודים ריוח גדול בגלותם
כי בגלות כבד הם יושבים
והשנאה רבה עליהם על ידי
הבר"סקנין עובדי העורות
שמשליכין המים המטונפים
שלהם בחוצות לפני פתחי
ביתם ומלכלכין היהודים
ועל זה שונאים היונים כל
היהודים בין טוב ובין רע כי
מכבידים

parte altera, & nonniſi via maris egredi permittũtur, ut mercaturam cum civitatis incolis exerceant. Illic ferme bis mille Judæi, iique magiſtrorum doctrinæ obſervatores; alii quoque diſcreti quingenti, iique Karaïtæ: inter quos & priores ſapientum diſcipulos eſt intergerinus paries. Horũ primores ſunt magnus R. Abtalion, R. Obadias, R. Aaron Cuſpus, R. Joſeph Scharginus & R. Eliakim Synagogæ moderator. In iis artifices ſericarum veſtium, multi mercatores, hominesq; ditiſſimi. Sed ibi Judæo fas non eſt ut equo vehatur, excepto R. Salomone Ægyptio regis medico: cujus opera Judæi magnum in ſuo exilio experiuntur levamen: gravi enim in exilio verſantur, magnumq; ſuſtinẽt odium coriariorum, qui pelles pręparant: adeoque conſpurcatam ſuam aquam in plateis ante illorum portas effundunt & Judæos inquinant. Similiter Græcis omnes Judæi inviſi ſunt nullo bonorum & malorum di-

Digitized by Google

scrimine: siquidem contra Judæos mundum concitāt, eos in plateis verberant & dura premunt servitute. At Judæi opibus abundantes viri boni sunt benignitatis & præceptorum observantes, qui exilium æquo animo ferunt. Loco, ubi Judæi habitant, nomen Pera. Inde bidui itinere maritimo distat Rodoston: ubi Israëliticus cœtus quadringentorum ferme; quorum primates R. Moses, R. Abia & R. Jacob. Unde duabus stationibus Gallipolin veni: ubi ducenti ferè Judæi; primores R. Elias procurator, R. Schabtæus parvus & R. Isaac *μέγας*: Græcis turris (potius *magnus*) vocatur *μέγας*. Postea itinere bidui Calas: Judæosq; fere quinquaginta inveni, quibus præerant R. Juda, R. Jacob & Rab. Schemaja. Hinc biduo Mitylenen devenitur unam ex maris insulis: in qua decē locis Judæi suas habent synagogas. Unde ad Chium est iter tridui: ubi quadringēti pene Judæi; in quibus R. Elias, R. Themā, & R. Schabtæus pri-

מבעידים עולם עליהם ומכים אותם בחוצות ומעבידים אותם בפרך אבל היהודים הם עשירים ואנשים טובים בעלי חסד ומצות וסובלים הגלות בעין יפה ושם המקום שדרים בו היהודים פירא׳· ומשם שני ימים דרך ים לרודוסטו ושם קהל מישראל כארבע מאות ובראשם רבי משה ורבי אביה ורבי יעקב· ומשם שני ימים לגאלי״פולי ושם כמו מאתי׳ יהודים ובראשם רבי אליה קפיד ורבי שבתי זוטרא ורבי יצחק מיגש ובלשון יון קורין למגדל מיגש· ומשם ב׳ ימים לקלש ושם כמו חמשים יהודים ובראשם רבי יהודה ורבי יעקב ורבי שמעיה· ומשם שני ימים למ״טילין מאיי הים ושם באי׳ קהלות מישראל בעשרה מקומות· ומשם שלשה ימים דרך לחי״כא ובה כמו ארבע מאות יהודי׳ ורבי אליה ורבי תימן ורבי שבתי

Digitized by Google

בראשם ושם ומצאו האילנות
שלוקטין ממנו המצטיקי ו
ומשם שני ימים לאיוסטו
ובה כמו שלש מאות יהודים
ובראשם רבי שמריא ורבי
עבדיה ורבי יואל ושם
באיים קהלות רבות מישראל
ומשם שלשה ימים דרך ים
לרודוש ופה כמו ארבע מאות
יהודים ובראשם רבי אבא
ורבי חננאל ור' אליה ומשם
ארבעה ימים לדופרוס ושם
יהודים רבנים וקבוץ ועוד
יש שם יהודים מיני' קפרוסין
והן האפיקורוסין ישראל
מנדין אותן בכל מקום
והם מחללי' ליל שבת
ושומרי' ליל ראשון ומשם
ב' ימי' לקורקוס היא ת
תחלת ארץ ארו' הנקראת
ארמני' והוא תחלת ממשלת
טורוש בעל ההרי' מלך א
ארמניא המולך עד מדינת
הדוכי' ועד ארץ התוגרמי'
הם הנקראי' טורקוש ·
ומשם

primarii. Eodem loco reperiuntur arbores, è quibus colligitur maſtyx. Hinc duabus ſtationibus Samos: ubi trecenti pene Judæi; quorũ primores R. Samarias, R. Obadias & R. Joël. In iſtis inſulis multi ſunt Iſraëlitarum cœtus. Deinde mari Rhodũ tertio die appuli: & quadringentos fermè Judæos inveni; eorumque primates R. Abbam, R. Chananeelem & R. Eliam. Inde quatuor dierum itinere diſtat Cyprus: ubi Judæorum Rabbanæorum, ſive qui majorum inſtitutis vivunt, cœtus eſt; nec non Judæi alii, hæretici Cyprii, nempe Epicurei. Hos ubique excommunicant Iſraëlitæ: quandoquidem Sabbathi veſperam profanant, primamque veſperam obſervant. Poſtea duabus ſtationibus Corucum profectus ſum, illius Chriſtianorum ditionis initium quæ Armenia dicitur. Ibidem initium eſt regni Turi regis Armeniæ, qui montes ſibi ſubjectos habet, regnatque ad civitatem uſq; Dochiam & Togarmanorum regionem, quos Turcas

vocat. Inde duobus itineribus Malmistras, sive Tharsis in littore sita: quæ adhuc filiorum Javanis, quos Græcos dicunt, regno accensetur. Hinc duobus itineribus Antiochiam magnam veni, quæ fluvii Phir ripæ imminet in valle torrentis Jabok, qui à monte Libano defluit è regione Hamathæ. Hæc est civitas illa magna quam rex Antiochus condidit: cui altissimus mons imminet mœnibus contentus: in cujus vertice conspicitur fons; fontique aliquis præfectus est, qui aquam per canales subterraneos ad magnatũ istic habitantiũ ædes transmittit. Altera sui parte civitas fluvio alluitur: estq; totius imperii, ferocium Pitivini Papæ fidem amplectẽtium, munitissima. Hic aliquot numero Israëlitæ, vitriarii: quorum capita sunt R. Mardochæus, R. Hajim & Ismaël. Hinc duobus itineribus Ligam sive Laodiceam veni: & ducentos pene Judæos reperi; ac inter eos R. Hijam & R. Josephum. Inde duobus diebus distat

ומשם שני ימים למלמושטרש
היא תרשיש היושבת על
הים· עד הנה מלכות היונים
הנקראים גריגיש· ומשם
שני ימים לאנטוכי' הגדולה
היושבת על נהר· פיר נחל
יבוק היורד מהר הלבנון
מארץ חמת והיא העיר
הגדולה שבנה אנטוכיס
המלך· ויש על המדינה הר
גבוה מאד והחומ' מקפת ההר
ובראש ההר מעין ושם אדם
ממונה על המעין ומשלח את
המים בגשרים תחת הקרקע
אל בתי הגדולים אשר בעיר
ומצד העיר האחר מקיף
אותה הנהר והיא עיר
בצורה מאד· ממשלת פריצין
אמונת הפיטיבין הפפא ויש
בה כמו מנין מישראל והם
אומני הזוכיות ובראשם
רבי מרדכי ורבי חיים ורבי
ישמעאל· ומשם שני ימים
ללינא היא לודקיא ובה כמו
מאתים יהודים ושם רבי
חייא ורבי יוסף ומשם שני

Digitized by Google

ימים לגיבל היא בעלגד תחת
הר הלבנון הסמוכה לאומה
שקורין לה אלחשישין ואינם
מאמינים בדת הישמעאלים
אלא לאחד שחושבין אותו
כמו נביא כנבט וכל מה
שיאמר להם יעשו אם למות
אם לחיים וקורין לו שיך אל
חשישין והוא הזקן שלהם
ועל פיו יצאו ועל פיו יבואו
כל אנשי ההרים ומקום
ישיבתו בעיר קרמוס היא
קדמות בארץ סיחון והם
בעלי אמונה ביניהם על
מאמר הזקן שלהם ומפחדים
בכל המקומות מהם מפני
שהורגין את המלכים ב
במסירה ומהלך ארצם שמנה
ימים. והם נלחמים עם בני
אדום הנקראים פרנקוש
עם השלטון טריפול היא
טראבלוס של שאם ובימים
ההם הרעיש' הארץ של
טריפול וכסה הרבה מן הגוים
ומן היהודים כי נפלו הבתים
והחומות עליהם והיתה
מפולת

distat Gebal, sive Baalgad sub monte Libano: cui cōtermina est natio quam vocant Elhaschischorum, Hassissin qui Muhammedanorū religioni non assentiuntur; sed Canbato cuidam quem prophetæ loco habēt. Huic enim in omnibus obediunt, sive ad mortem, sive ad vitam: eumq; appellant Dominum Elhaschischorum. Estque ipsorū senator; cujus arbitrio domi ac foris agunt omnia omnes montium incolæ: habitationis locus oppidum Kormos, quondam in regione Sihonis situm. Montani perpetuam inter se fidem servant ex præcepto senatoris sui: omnibusq; passim sunt terrori, quia reges serra dissecant. Horum regio octo dierum itinere peragratur. Bella gerunt cum istis Edomæis sive Christianis, qui Franci appellantur, & cum rege Tripolis quæ & Trabelos Syriæ dicitur. Illis diebus Tripolis terræmotu concussa fuit, & Gentilium ac Judæorum plurimi obruti fuere; siquidem ædes ac muri eos opprimebant:

Digitized by Google

מפולת באותו זמן ובכל
ארץ ישראל מתו יותר מ
מעשרים אלפים בני אדם
בימי׳ ההם ׃ ומשם מהלך יום
לגבל האחרת שהוא גבול
בני עמון ושם כמו ק״נ יהודי׳
והי׳ ממשלת ז׳ הגינוטין
והשלטון שלהם גיליאנוס
אינבורינו ושם מצאו מקום
הבמה שהיא לבני עמון בימים
ההם ושם שקוץ בני עמון
יושב על קתדרה הנקרא כסא
והוא עשוי מאבן ומצופה
זהב ושתי נשי׳ יושבו׳ מימינו
ומשמאלו מזה אחת ומזה
אחת ומזבח לפניו שהיו
מזבחי׳ ומקטרין לפניו בזמן
בני עמון ובה כמו מאתי׳
יהודי׳ ובראשם רבי מאיר ור׳
יעקב ורבי שמחה והיא על
שפת הים של ארץ ישראל.
ומשם שני ימי׳ לבירות היא
בארות ושם כמו חמשי׳
יהודי׳ ובראשם רבי שלמה

eodemque tempore tales ruinæ in tota Iſraëlitarum regione fuere; adeo ut iſtis diebus viginti hominum millia & amplius perierint. Illinc diei unius itinere abeſt altera Gebal, terminus filiorum Ammon & ſedes centum ferme & quinquaginta Judæorum: in regno ſeptem ſocietatum, quarum princeps eſt Gilianus Imbiremus. Hic reperta veſtigia fani olim filiorum Ammon cum idolo filiorum Ammon: quod ſolio ſive throno inſidebat, lapideo quidem, ſed obducto auro: cui ad dextram & ſiniſtram duę adjungebantur mulieres, hinc una; inde altera. In ejus conſpectu altare, in quo coram ipſo cum ſacrificabant; tum ſuffitum faciebant, filiorum Ammon temporibus. Hic etiam ducenti ferme Judæi: quorum primates R. Meir, R. Jacob & R. Schimha. Oppidum ipſum mari regionis Iſraëlitarum alluitur. Unde ad Birot (quæ eadem eſt cum Beeroth) iter eſt bidui: ubi quinquaginta ferme Judæi; quorum primarii R. Salomon, Rab.

 Obadias

ורבי עובדיה ורבי יוסף ׃
ומשם מהלך יום אחד לצידא
היא צידון והיא עיר גדולה
ובה כמו עשרי' יהודי' וקרוב
מהם כמו עשרה מילין א
אומה אחת נלחמי' עם
אנשי צידון והאומה נקראת
דוגזאין והם הנקראי' פ
פגאנוש כופרים ואין להם
דת וושבים בהרי' הגדולי'
ובנקיקי הסלעי' ואי' מלך.
ושר שולט עליה' כי מעצמם
הם יושבי' בין ההרי' והסלעי'
ועד הר חרמון גבולם מהלך
שלשה ימי' והם שטופי זמה
והוא לוקח את בתו ויש
להם חג אחד בשנה ובאי' כלם
אנשי' ונשי' לאכול ולשתות
ביחד וחולפי' נשותיהן כל
אחד ואחד עם חבירו ואומרי'
שהנפש בעת יציאתה מגוף
אדם טוב תכנס בגוף ילד
קטן הנולד באותה שעה
שתצא הנפש מגופו ׃ ואם
אדם רע הוא תכנס בגוף
הכלב או בגוף הבהמה זה
דרכם

Obadias & R. Joseph. Hinc unico itinere Tſaidam, id eſt, Tſidonem profectus urbem magnam; viginti fere Judæos inveni. Unde decē pene milliaribus natio quædam diſtat, quæ cum Tſidoniis bella gerit, & appellatur Dogziin: ſunt iidem qui pagani & athei dicuntur. Hi nullius religionis in altis montibus & rupium antris habitāt: quibus neque rex neque princeps ullus imperat; ſed ſuo arbitrio inter montes ac rupes vivunt, ad montem uſque Hermon tridui itinere pertingentes. In inceſtus effuſi, proprias filias ſibi jungunt; & certo quodam anni feſto, quo omnes viri fœminæque ad convivandum conveniunt, uxores ſinguli alii cū aliis permutāt. Animam, quum ex alicujus probi corpore migrat, occupare tradūt corpus cujuſdam pueruli qui eo momento, quo anima è corpore ſuo migrat, naſcitur; ſin ex improbo diſcedat, occupare canis aut jumenti corpus. Hujuſmodi cum ſit via iſtorum; ſtolidi-

Drusiim
les Druses

tateṁ suam produnt. Nulli inter eos Judæi; nisi quod artifices & infectores ipsos adeant, & inter eos opificii ac mercaturæ ergo commorati domum redeant: Judæos autẽ diligunt. Cæterum in montibus & collibus percurrendis velocitate pollent: nec ulli eos bello lacessere sustinent. Deinde unico itinere veni Tyrum novã, urbem elegantissimam: quæ λιμένα sive portum intra se habet; quò naves inter duas turres appelluntur. Noctu verò publicani catenã ferream inter easdem turres extendunt: ut nemo vel navi, vel alia via, è navibus aliquid auferens, evadere queat. Nec ullus exitus vel portus huic λιμένι in toto orbe similis est. In hac eleganti urbe quadringenti fere reperiuntur Judæi: inter quos nonnulli Talmudis sunt peritissimi; quorum primarii R. Ephraim Ægyptius Judex & R. Meir Carceschonæ natus, ut etiam R. Abraham totius cœtus præfectus. Judæi hinc navibus mare sulcant. Hic degunt

דרכם כסל למו ואין ביניהם
יהודי' כי אם באי' ביניהם
בעלי אומנו' וצבעי' ויושבי'
ביניהם באומנו' ובסחורה
חוזרי' לבתיהם והם אוהבי'
ליהודי' והם קלי' על ההרי'
ועל הגבעות ואין אדם יכול
להלחם עמם ׃ ומשם מהלך
יום לצור החדשה והיא עיר
טובה מאד ונמל הפורט
שלה בתוך העיר ונכנסות
הספינות בתוך שני המגדלים
ובלילה ישליכו בעלי המכס
שלשלת של ברזל בין מגדל
ומגדל ולא יכול אדם לצאת
לא באניה ולא בשום דרך
לגנוב דבר מן הספינות ואין
נרב או פורט כנמל ההוא
בכל הארץ כמוהו והיא
עיר יפה ובה כמו ארבע
מאות יהודים וביניהם
חכמי תלמוד ובראשם רבי
אפרים מצרי דיין ורבי מ
מאיר מקרקשונה ור' אברהם
ראש הקהל ויש ליהודים
שם ספינות בים ׃ ושם

Digitized by Google

אומני הזכוכית הטוב הידוע
צורי החשוב בכל הארצות'
ושם ימצא הסוקר הטוב.
ועולה אדם בחומת צור.
החדשה ורואה צור ה
המעטירה אשר כסה אותה'
הים והיא רחוקה מן ה
החדש' כזריקת אבן ואם
ירצ' אדם לבא באני ביום'
רואה המגדלים והשווקים
והחוצות והארמונים ב
בקרקע הים והיא צור
החדשה עיר סחור' באים
אליה מכל מקום ו ומשם
יום אחד לאקדי היא עכו
אשר היתה לגבול אשר
והיא תחלת ארץ ישראל.
והיא יושבת על הים
הגדול ושם נמל גדול שקורין
פורטו לכל הנודרים ה
ההולכים לירושלם בספינות
ויורד לפניה נהר הנקרא נחל
קדומים ושם כמו מאתים
יהודים ובראשם רבי צדוק
ורבי יפת ורבי יונה ז"ל.
ומשם ג' פרסאות לניפש
היא

artifices qui vitrum præstantissimum conficiunt, quod Tyrii nomine celebre est, quodque in omnibus regionibus fit maximi: quin etiam saccharũ optimum hic reperitur. Novæ Tyri mœnia si quis conscendat, Tyrum illam coronariam (Es.23.9.) conspicit mari obrutam: quæ à nova jactu lapidis distat. Quod si cui scapha ingredi mare collibitũ fuerit, turres & fora cum plateis, palatiaque in fundo despiciet. Cæterum Tyrus nova est emporium, quò undique conveniunt. Unde diei itinere distat Akadi, quæ est ipsa Acco, olim in Ascheris confinio: eaq; terræ Israëlis initium in maris magni littore sita, λιμένα spatiosum habet, quem portum nominant; iis omnibus commodũ qui concepto voto Hierosolyma navibus contendunt. Illam præterfluit fluvius qui Torrens orientalium dicitur: & in eadem ducenti ferme Judæi; quorum præcipui R. Tsadok, R. Japheth & R. Jona l. m. Hinc tribus parasangis Ni-

phas abest, sive Gad nitida, in littore condita; cui ex latere altero Carmel mons imminet. Ad montis radices multa visuntur Israëlitarum sepulchra: in monte verò Eliæ l. m. spelunca; ubi duo Christiani fanum exstruxerunt, quod sancti Eliæ dictum fuit. In ejusdẽ montis cacumine altaris diruti & ab Elia l. m. Achabi temporibus reparati vestigia agnoscuntur: cujus satium orbiculatum quatuor circiter patet cubita. Porrò ad imum montem in ejus latere defluit torrẽs Kischon. Hinc quatuor parasangis distat Capernahum, ac si dicatur vicus consolationis: & ipsum Carmelum primo aspectu superare videtur. Inde sex parasangis abest Schizeria, dicta quondam Gad Palæstinorum: ubi decem pene Judæi & Cuthæi ducenti. Hi sunt Judæi Schomronitæ, qui vulgò Samaritani audiunt. Urbs ipsa pulcherrima est ac elegantissima, ad mare sita, structura imperatoris ac regis Cæsaris: qui eam de suo nomine Cæsaream voca-

והיא גר החפה אשר על שפת
הים ומצד אחר הר הכרמל
עליה ובתחתית ההר קברי
ישראל רבים ושם בהר
מערת אליהו ז״ל ועשו שם
שני בני אדום במה וקראוה
שנט אליה ובראש ההר
ניכר מקום המזבח ההרוס
שרפא אליהו ז״ל בימי א
אחאב והוא מקום המזבח
העגול כמו ארבע אמות
ובתחתית ההר יורד נחל
קישון בצדו ומשם ד׳ פרסאות
לכפר נחום והוא כפר נחום
הוא מעין מקום על ה
הכרמלי . ומשם ששה פ
פרסאות לשיזריאה היא גר
אשר לפלשתים ושם כמו
עשרה יהודים ומאתים כותיים
הם היהודי׳ השומרונים
הנקראי׳ שמרטניש והיא
עיר יפה וטובה מאד על
הים מבנין קיסר אינפרדור
המלך וקרא שמה קיסריה.

ומש' חצי יום לקקו היא קעילה ואין בה יהודי' ו ומשם חצי יום לשרגורג והיא לוז ושם יהודי אחד צבע ׃ ומשם יום לשבשת היא שומרון ועדין ניכר שם ארמון אחאב מלך ישראל והיא היתה עיר בצורה בהר מאד ובה מעינו' וארץ נחלי מים וגנות ופרדסים וכרמים וזתים ואין שם יהודים ׃ ומשם שני פרסאות לנבולש היא שכם בהר אפרים ואין שם יהודים והיא יושבת בעמק בין הר גריזים והר עיבל ׃ ובה כמו מאה כותיים שומרים תורת משה לבדה וקורין להם שמריטנוש ׃ ויש להם כהני' מזרע אהרן הכהן ע"ה וקורין להם אהרניי' ואין מתחתני' עמם אלא כהנים עם כהנים שלא יתערבו עמם

אבל

vit. Hinc dimidiato itinere Kakum veni, ſive Kegilam: nulliſq; repertis Judæis altero dimidiato itinere profectus fui Schargoreg, quæ olim dicebatur Luz;& unicum reperi Judæum lanarum infectorem. Undè die uno Sebaſten me contuli, dictam ab antiquis Samariam : hodieque Achabi Iſraëlitarũ regis aulæ dignoſcuntur ibi veſtigia. Urbs in monte quondam munitiſſima fontibus eſt irrigua; regioque aquarum rivis, hortis, pomariis, vinetis & olivetis dives eſt : à nullis tamen Judæis inhabitata. Hinc duabus paraſangis diſtat Neapolis, olim dicta Sichem, intra montes Ephraim condita:nec ulli hic Judæi. In valle jacet inter montẽ Gerizzim & montem Ebal: ubi centum circiter Cuthæi legis tantum Moſaïcæ obſervatores ; quos Samaritanos appellãt. Hi ſacerdotes habent ex Aaronis ſacerdotis in pace quieſcentis proſapia, eoſq; Aaronæos appellant : qui cum illis matrimonio non junguntur ; ſed inter ſe qui ex ſacerdotali ſunt genere, ne cum illis confundantur,

Digitized by Google

אבל הם כהני תורתם ועושים זבח ומעלים עולה בבנסת שלהם בהר גריזים כמו שכתוב בתורה ונתת את הברכה על הר גריזי' והם אומרים כי הוא בית המקדש ׃ ומעלים עולה ביום פסח ובימים טובים על המזבח שבנו בהר גריזי' מהאבנים שהקימו בני ישראל כשעברו הירדן׃ והם אומרים כי הם משבט אפרים ׃ ובתיהם קבר יוסף הצדיק בן יעקב אבינו עליו השלום שנאמר ואת עצמות יוסף אשר העלו בני ישראל ממצרים קברו בשכם ׃ ואין להם שלש אותיות ה' וח' וע'׃ ה' מן אברהם אבינו ואין להם הוד ׃ ח' מן יצחק אבינו ואין להם חסד ׃ ע' מן יעקב אבינו ואין להם ענוה ׃ ובמקו'

Sunt tamen legis illorum sacerdotes, parantq; victimas ac offerunt holocausta in illorum congregatione, idque in monte Gerizzim. Quemadmodum in lege scriptum est Deut. 11. 29. *Edes benedictionem hanc in monte Gerizzimorum*: ideoque hanc esse domum sanctuarii affirmant. Offerunt autem holocausta cum Paschate, tum aliis festis in altari, quod in monte Gerizzim ex illis structũ fuit lapidibus, quos Israëlitæ Jardenem transgressi erexerant. Ex Ephraïmi tribu se oriundos profitentur: & in diœcesi sua habent sepulchrum Josephi justi filii Jacobi patris nostri qui in pace quiescit; secundum illud Jos. 24. 32. *Tum ossa Iosephi, quæ deportaverant filii Israëlis ex Ægypto, sepeliverunt Sichemi.* Tribus his carent literis ה, ח & ע: ה in nomine Abrahami patris nostri, unde & desideratur nomen הוד *gloria*; ח in nomine Isaaci patris nostri, unde etiam desideratur חסד *benignitas*; ע in nomine Jaacobi patris nostri, unde nec vocem ענוה signif. *man-*

אלו האותיות משימין א'
ובזה הדבר נכרי' שאינם מזרע
ישראל כי הם יודעי' תורת
משה חוץ מאלו שלש אותיות
ושומרי' עצמם מטומאת מת
ועצם וחלל וקבר והבגדי'
שלובשי' בכל יום מסירי'
מעליהם בשעת לכתם לבית
הכנסת שלהם ורוחצי' גופם
במי' ולובשי' בגדי' אחרים
וכן מנהגם בכל יום ובהר
גריזי' מעיינות ופרדסים והר
עיבל יבש כאבני' וסלעים
וביניהם בעמק עיר שכם
ומשם ארבע פרסאות להר
הגלבוע וקוראי' להם אדום
מונטו גלבוי והיא ארץ יבשה
מאד ומשם ה' פרסאות
לעמק אילון וקוראין אותו
אדום ואל דלונא ומשם
פרסה אחת להר המוריה
לגראן דוד היא עיר גבעון
הגדולה ואין שם יהודי'
ומשם שלש פרסאו' לירושלם

suetudinem, adhibent: quocirca in his dictionibus utuntur litera א. Atque hoc indicio, ex Israëlis posteris non esse, cognoscuntur: quia Mosis legem absq; hisce tribus literis agnoscunt. Sollicite sibi cavent à mortuorum, ossium, occisorum & sepulchrorum contaminatione: vestesque, quibus vestiuntur quotidie, cum ad synagogam suam sese conferunt, deponũt, & corporibus aqua ablutis, alias quotidiano ritu induunt. Cæterum in monte Gerizzim diversi sunt fontes ac pomaria: at mons Ebal aridus est instar lapidum ac petrarum. Inter utrumque in valle Sichem despicitur. Inde quatuor parasangis distat Gilboa, qui Christianis dicitur *monto Gilboë*, situs in regione aridissima. Hinc quinque parasangarum iter est ad vallem Ajalon, quam Christiani vocant *vael de Luna*. Unde unica parasanga ad montẽ Moriæ, ad Garan Davidis, sive magnam illam urbem Gibeon: ubi nulli sunt Judæi. Ab hac distant Hierosolyma tribus parasangis;

Digitized by Google

oppidum exiguum tribus munitum muris. Incolæ frequentes, Jacobitæ, Syri, Græci, Gregoriani, & Franci: ut verbo dicam ex omnibus gentium nationibus. Hic etiam est locus inficiendis lanis accommodus: quem Judæi annuatim à rege ea conditione conducunt, ne cuiquam præter Judæos istam artem Jerosolymis exercere concedatur. Sunt autem numero ducenti in oppidi angulo sub turri Davidis habitantes: in cujus turris Davidis muris, antiqua fundamenti structura ad decem cubita assurgit, ex majorum ædificio, quod ædificarunt patres nostri, etiamnum remanens. Cum reliqua structura sit Ismaëlitarum; nullum in toto oppido ædificium turri Davidis firmius invenitur. Ibidē etiam duo sunt xenodochia: è quorum collegio uno in bellū prodeunt quadringenti equites. Istic ægroti omnes, quotquot eò deveniunt, decumbunt; quibus omnia necessaria cum in vita, tum in morte suppeditantur. In altera domo (quæ vocatur

היא עיר קטנה ובצורה תחת שלשה חומות ובה אנשי׳ הרבה יעקובין וארמים ו יוונים וגורגין ופרנקוש מכל לשונות הגוים ויש שם בית הצביעה שקונין אותו היהודי׳ בכל שנה מהמלך שלא יעשה שום אדם צביעה בירושלם כי אם היהודי׳ לבדם והם מאתי׳ יהודי׳ דרים תחת מגדל דוד בפאת המדינה ׀ ובחומת שבמגדל דוד הבנין הראשון של יסוד במו עשר אמות מבני׳ הקדמוני׳ שבנו אבותינו והשאר בנין ישמעאלי׳ ואין בכל העיר בנין חזק יותר ממגדל דוד ושם שתי בתי׳ אשפיטלי׳ יוצאי׳ ממנו א ארבע מאות פרשי׳ ושם ינוחו כל החולים הבאי׳ שם ונותנין להם כל ספוקם בחייהם ובמותם ובבית שני קוראין אותו שפתלו

Digitized by Google

שלמון והוא ארמון. שעשה
שלמה המלך ושם חוני'
בשפיתלי וויצאי' ממנו ד'
מאות פרשי' בכל יום ל
למלחמה חוץ מן הפרשי'
הבאי' מארץ פרנקוש ומארץ
אדום ונודרי' על עצמם
ויעמדו ימי' או שנים עד
מלאת נדרם׃ ושם הבמה
הגדולה שקורין שפולקרי
קבר אותו האיש שהולכין
כל הנודרי' אליו ויש ב
בירושלם ארבעה שערי'
שער הקדו' שער אברם
ושער דוד ושער ציון ושער
יהושפט לפני בית המקדש
שהיה בימי קדם׃ ושם
טמפלו דומינו והוא היה
מקום המקדש ובנה עליו
עמר בן אל כטאב כיפה
גדולה ויפה עד מאד ואין
מכניסין שם גוי' שום צלם
ולא שום תמונה אלא
שבאי' להתפלל תפלתם׃

Xenodochium Salomonis, fuit enim palatium à Salomone exſtructũ)in hoc inquam Xenodochii collegio commorantur, indeq; ad præliũ expediri queunt in ſingulos dies quadringenti equites: iſtis exceptis equitibus qui ex Gallicis & cæteris Chriſtianorum regionibus voto obſtricti eò conveniunt, ut ibi ſubſiſtentes anno vel biennio votum impleant. Hic præterea fanum illud magnũ viſitur, quod dicitur ſepulchrum, nimirum illius viri ſepulchrum, quem omnes voto cõſtricti adeunt. Hieroſolymorum portæ ſunt quatuor; una quam portam Abrami appellant; deinde porta Davidis; porta Tſionis; porta deniq; Joſaphati è regione Ædis illius ſanctæ quæ fuit temporibus priſcis. Ubi eſt templum Domini; ſcilicet hoc loco Ædes ſancta fuit quondã. In propinquo Omar filius Citabi magnũ & pulcherrimum exſtruxit fornicem: quò Gentes nullam inferunt imaginem, aut ſimilitudinem; ſed tantummodo ingrediuntur quò preces

ולפני

ולפני אותו מקום כותל
מערבי אחד מהכותלי' שהיו
במקדש בקדש הקדשי' ו
וקוראין אותו שער הרחמי'
ולשם באי' כל היהודים
להתפלל לפני הכותל בעזרה·
ושם בירושלם בבית שהיה
לשלמה ארוות הסוסי' אשר
בנה שלמה בנין חזק מאד
מאבני' גדולות ולא נראה
כבנין ההוא בכל הארץ ושם
נראה עד היום הזה הבריכה
שהיו שוחטין בה את ז
זבחיהם וכל היהודי' שם
כותבי' שמם על הכותל ויצא
אדם משער יהושפט ושם
מדבר העמי' ושם מצבת יד
אבשלום וקבר עוזיה המלך
ושם מעין גדול מי השילוח
בנחל קדרון ועל המעין
בנין גדול מימי אבתינו ולא
ימצא שם אלא מים מעטי'
ואנשי ירושלם רובם שותי'
ממי המטר שיש להם גבי'

suas concipiant. Exadversò visitur murus occidentalis, illorum unus qui in Ædis loco sanctissimo fuerũt olim; diciturque porta misericordiæ: atque huc omnes Judæi ante murũ istum in atrii locum precatum veniunt. Jerosolymis in aula Salomonis equorum stabula supersunt, quæ Salomon firmissima structura, magnis lapidibus ædificaverat: nec ullibi locorum simile ædificium reperitur. Ibi etiamnum canalis conspicitur, ubi veteres victimas suas mactabant: omnesque Judæi hic nomina sua pariete inscribunt. Prodeunti è porta Josaphati objacet Populorum desertum: in quo statua illa dicta olim *locus Absalonis*; sepulchrum Uziæ regis; magnus etiam fons aquarum Schiloæ ad torrentem Kedronis; & juxta fontem magnum ædificium, à majorum nostrorum temporibus reliquum. Hic nonnisi parum aquæ invenitur: itaq; pars maxima eorum qui Hierosolymis degunt, aquam pluvialem bibunt; utpote qui in ædibus suis

cister-

בבתיהם ועולים מעמק י
יהושפט אל הר הזתי' כי אין
בין ירושלם והר הזתי' אלא
העמק בלבד ומהר הזתי'
רואי' ים סדום ומים סדום
לנציב מלח שהיא היתה
אשתו של לוט שני פרסאות
והצאן לוחכות ממנה ואחר
כך חוזרת וצומח' כבראשונה:
וכל ארץ הככר ונחל השטים
על הר נבו ׃ ולפני ירושלם
הר צוין ואין בנין בהר ציון
כי אם במה אחת לנוצרים:
ולפני ירושלם כמו שלשה
בתי' של קברי ישר' שהיו
קוברין מתיהם בימים ה
ההם ׃ וקבר יש בו תאריך
אבל בני אדום הורסין
מן הקברים ובונים מהם
בתיהם מן האבנים ׃ וסביב
ירושלם הרים גדולים
ובהר ציון קברי בית דוד
וקברי המלכי' אשר קמו

cisternas habeant. Ulterius ex valle Josaphati ad olivarum montem ascenditur: quum Jerosolyma & olivarum montẽ ista tantummodo vallis interjaceat. Ex hoc monte despiciunt mare Sodomiticum : à quo mari ad salis statuam, quæ Loti uxor fuerat, duæ sunt parasangæ. Statua quidem à gregibus lambẽdo diminuitur; sed denuò excrescit ad pristinam quantitatem. Prospicitur etiam ex eodẽ monte tota planities & torrens Schittim ad montem Nebo. Ante Jerosolyma est mons Tsion: nec ulla in hoc monte structura, si unum Christianorum fanum exceperis. Præterea in conspectu Jerosolymorum tria veluti cœmeteria Israëlitarum : ubi diebus priscis mortuos suos sepeliebant. Inibi sepulchrum, in quo æra inscripta est. Verum Christiani sepulchra minuunt; ut qui ex eorũ lapidibus domos suas exstruant. Ambiunt vero Jerosolyma montes magni: in Tsionis autem monte familiæ Davidicæ extant sepulchra, regumque qui post eum regnarunt; sed

אחריו

locus ignotus est. Etenim quindecim jam sunt anni, ex quo fani illius montis Tsionis murus aliquis corruit; ideoque Patriarcha sacerdoti præcepit, ut fanũ istud restauraret: hæc addens, Desume lapides ex antiquo Tsionis muro, iis fanum instaura. Itaque hic patuit & operarios pervulgata mercede viginti ferme conduxit, qui lapides è fundamento muri Tsionii eruerent. Inter hos fuerunt duo amici, fœderis tenaces: quorum cum unus die quodam alterum convivio excepisset, sumptoque cibo ambo ad opus rediissent, dixit ipsis præfectus, Quare distulistis adventũ? tum responderunt, quid istuc ad ipsum attineret: qua hora socii nostri ibunt pransum, nos opus nostrũ perficiemus. In educendis igitur lapidibus, erecto quodam saxo speluncæ ostium repererunt: unde eorum alter alterum alloquutus dixit, Ingressi num hic pecunia lateat videamus. Quocirca per speluncæ introitum eousque perrexerunt, donec ad magnum

אחריו ואינו נכר המקום כי
היום טו' שנה נפל כותל
אחד מהבמה אשר בהר ציון
וצוה הפטריארקה אל הכהן
לבנות הבמה ההיא ואמר
לו קח את האבני' מחומת
ציון הקדמוני ובנה בהם
הבמה והוא עשה כן שכר
פועלי' בשכר ידוע כמו כ'
אנשים והיו מוציאין את
האבנים מיסוד חומת ציון
ובין האנשים ההם היו שני
אנשים אוהבים בעלי ברית
ויום אחד עשה לחברו משתה
ואחר אכילתן באו אל ה
המלאכה אמר להם הממונה
מדוע אחרתם לבא ענו מה
יש לו בשעה שילכו חברנו
לסעוד נעש' אנחנו מלאכתנו
והם היו מוציאין את ה
האבנים והקימו אבן ומצאו
פי המערה ואמר אחד ל
לחברו נכנס ונראה אם יש
ממון הלכו במבוא המער'

quod-

עד שהגיעו אצל ארמון אחד
גדול בנוי של עמודי שיש
מצופ' בכסף וזהב ולפניו
שולחן ושרביט הזהב ועטרת
זהב והוא קבר דוד מלך
ישראל ולשמאלו שלמה כמו
כן וכן קברי כל המלכי'
הקבורי' שם ממלכי יהוד'
ושם ארגזות סגורי' שאין
אדם יודע מה בתוכם ורצו
שני אלו האנשי' ליכנס
בארמון והנה רוח סערה מפי
המערה והכה אותם ותפלו
לארץ כמתים ושכבו שמה
לארץ עד הערב והנה רוח
אחר בא וצועק כקול אדם
קומו צאו מן המקו' הזה
ויצאו דחופי' משם האנשי'
מבוהלי' והלכו אל ה
הפטריאקה והגידו לו כל
הדברי' ושלח הפטריאקה
להביא לפני' ר' אברה' חסיד
הפרוש אל קושטנטני שהיה
מאבלי ירושלם וספר אלי'

quoddam palatium pervenirent, columnis marmoreis inædificatum, argento auroque obductum: in cujus conspectu mensa erat & sceptrum aureum, unà cum aurea corona. quod fuit sepulchrum Davidis regis Israelis. Ad sinistram aliud Salomonis; similiterque omnium regum sepulchra qui istic è stirpe Iudaica sepulti fuerunt. Ibidem arcæ clausæ, in quibus quid contineatur, nemo novit. Quum verò duo illi viri palatium ingredi vellēt, ecce ex antri ostio ventus turbineus ita eos prostravit, ut in terram delapsi mortuorū instar ibi ad vesperam usq; jacerent: quum exortus alius ventus instar vocis humanæ clamaret, Surgentes facessite hinc. Quapropter egressi ac inde expulsi & attoniti; ad Patriarcham se recēperūt: cui omnia enarrarunt. Unde Patriarcha Constantinopolin literas misit, quibus D. Abrahamum pium Pharisæum (unum ex iis qui Hierosolymorum ruinam lugerent) ad se evocaret. Isti cum omnia ex

הדברי'

Digitized by Google

ore duorum illorum exposuisset, qui inde venerant; hoc tulit à D. Abrahamo responsum; illa esse familiæ Davidicæ sepulchra, in usum eorum regum qui ex Juda genus ducerent. Postridie cũ ad duos illos quidam missi fuissent, utrumque in lecto suo deprehenderunt decumbentem, ac cum pavore dicentem; Eò non revertemur, quia Deo non libet ulli homini istũ locum ostendere. Præcepit ergo Patriarcha, ut locus iste occluderetur, & ab hominibus ad hunc usq; diem occultaretur. Ipse Abraham Pius omnia hæc mihi narravit. Inde duabus parasangis Bethlehemum Iudæ adveni, quod oppidum absolute Bethlehem dicitur: cui ad dimidium milliare vicinus est sepulchri Rachelis cippus, in bivio è duodecim lapidibus pro numero filiorum Jacobi exstructus, & testudine quadam, quæ columnis quatuor innititur, tectus. Hic omnes Judæi quotquot prætereũt, nomina sua in cippi lapidibus exarant. Bethlehemi duo-

והדברי' עם שני האנשים האלו שבאו משם וענה לו ר' אברהם וא"ל כי קברי בית דוד למלכי בית יהודה הם ולמחר שלחו בשביל שני האנשי' ומצאו אות' כל אחד ואחד משכב על מטתו ופחדו ואמרו לא נכנס שם כי אין חפץ ה' להראות אותו לשו' אדם וצוה הפטריארקה לסתום אותו מקום ולהעלימו מבני אדם עד היום הזה ור' אברהם החסיד הזה ספר לי כל אלו הדברים · ומשם שני פרסאות לבית לחם יהודה הנקראת בית לחם וקרוב לבית לחם כחצי מיל מצבת קבורת רחל על אם הדרך והמצבה עשויה מאחת * עשרה אבנים למנין בני יעקב ועליה כיפה בנויה על ד' עמודים וכל היהודים העוברים חותמים שמם על אבני המצבה · ובבית לחם שנים עשר

צבעים. יהודים והיא ארץ
נחלי מים בורות. ומעינות:
ומשם שש פרסאות לחברון
אבל מדינת חברון היתה
בהר והיא חרבה היום
הזה ובעמק השדה בשדה
המכפלה' שם העיר ושם
הבמה הגדולה שקורין שנט
אברהם והיא היתה כנסת
יהודים בימי ישמעאלים
ועשו שם הגוי' ששה קברים
על שם אברהם ושר'
יצחק ורבקה יעקב ולאה
ואומרים להולכים שהם
קברי האבות ונותנין שם
ממון. אבל אם יבא
יהודי שיתן שכר לשוער
של מערה ויפתח לו פתח
ברזל שהיה עשוי מימי
אבותינו ע"ה וירד אדם ל
למטה בנר דלוק בידו במערה
א' ולא ימצא שם כלום
וגם בשניה עד שיבא
אל השלישית והנה שם
ששה קברים קבר אברהם
יצחק ויעקב ושרה ורבקה
ולאה

duodecim Judæi ſunt, qui tincturam exercent: locus ipſe rivis, puteis & fontibus abundat. Hinc ad Hebronē ſunt paraſangæ ſex; ſed hæc civitas in monte olim ſita, jam devaſtata eſt. In agri valle quadam ſcil. in agro illo *Duplicationis* hodie oppidum eſt, & templū magnum, cui nomen, Sancti Abrahami: olim verò Iſmaëlitarum temporibus fuit ſynagoga Judæorum. Chriſtiani hic ſex ſepulchra fecere, quibus ab Abrahamo, Sara, Iſaaco, Rebecca, Jacobo & Lea impoſuere nomina: & peregrinantibus hæc Patriarcharum ſepulchra eſſe dicunt, ideoq; pecunia erogatur. Sed Judæo accedenti, qui mercedem ſpeluncæ janitori ſolvat, aperitur porta ferrea, quæ jam inde à beatorum Patriarcharū temporibus confecta fuit. Huc qui deſcendit facem ardentem manu tenens, nihil in prima ſpelunca deprehendit, nec in ſecunda; donec in tertiā deveniat: ubi ſex ſunt ſepulchra, Abrahami, Iſaaci, Jacobi, Saræ, Rebeccæ

Digitized by Google

& Leæ; quæ sibi invicem oppoſita, ſingula literis inciſis obſignata ſunt, ut ſepulchro Abrahami hæc inciſa legantur, hoc eſt Abrahami beati patris noſtri ſepulchrum, ſimiliter ſuper Iſaaci ſepulchro, imo ſingulis ſepulchris hujuſmodi inſcripta erant. In ſpelunca lampada accendunt, quæ die nocteque ad ſepulchra ardeat. Ibidem dolia viſuntur, plena Iſraëlitarum oſſibus: quia huc mortuos ſuos inferunt Iſraëlitæ, nempe ſinguli patrum ſuorum oſſa, quæ hic ad hodiernum uſque diem deponunt. In agri *Duplicationis* extremitate domus beati Abrahami patris noſtri, & ante domum fons: nec ut ibi domus alia extruatur permittitur, ob Abrahami reverentiam. Hinc ad Beth Gebarin quinque ſunt paraſangæ, olim dicebatur Mareſcha: tres iſtic tantummodo Judæi habitant. Unde quinque paraſangis diſtat Torondolos Gabraleriſch, dicta quondam Schunem: ubi trecenti ſunt Judæi. Inde trium paraſangarum

Beth Gabriel

ולאה זה כנגד זה וכלם
חתומים אותיות חקוקות
על קבריהם על קבר אברהם
חקוק זה קבר אברהם אבינו
עה ועל קבר יצחק כמו כן
ועל כל הקברים גם כן
וכן לכלם · ובמערה מדליקין
שם עששית אחת דולקת
ביום ובלילה על הקברי'
ושם חביות מלאות עצמות
מישר' שהיו מביאים שם
מתיהם בית ישראל כל
אחד וא' עצמות אבותיו
ומניחם שם עד היום הזה
ובקצה שדה המכפלה ביתו
של אברהם אבינו עליו
השלום ומעין לפני הבית
ואין מניחי' שם לעשות בית
מפני כבוד אברהם · ומשם
חמשה פרסאות לבית גברי״ן
והיא מרשה ואין שם אלא
שלשה יהודים · ומשם
חמשה פרסאות לטורו״ן ד
חלוש גברא״א לרו״ש היא
שונם ויש בה ג' מאו' יהודי'·
ומשם שלשה פרסאות

לשנט שמואל דשילה היא
שילה הקרובה לירושלם
ב' פרסאות. וכשלקחו בני
אדום את ר"מלה היא רמה
מיד בני ישמעאל מצאו קברו
של שמואל הרמתי אצל
כנסת היהודים והוציאוהו
בני אדום מקברו והוליכוהו
לשילה ובנו עליו במה גדולה
וקראו אותו שנט שמואל
דשילה עד היום הזה · ומשם
שלשה פרסאות להר מורי'
לפשיפוה היא גבעת שאול
ואין בה יהודי' והיא גבע
בנימן· ומשם שלשה פרסאות
לבית נובי היא נוב עיר
הכהני' ובאמצע הדרך שני
הסלעי' של יהונתן שם
האחד בוצץ ושם השני סנה
ושם שני יהודים צבעים·
ומשם שלשה פרסאות לר"מש
היא הרמה ושם מבנין ה
החומות מימי אבותינו כי כך
מצאנו כתוב על האבנים ושם

garum itinere ad Sanctum Samuelem Schiluntis veni. Hæc est illa Schilo, quæ duabus tantum parasangis Jerosolymis distat. Quum autem Christiani Ramlam (hæc est Rama) Muhāmedanis eripuissent, & Samuelis Ramathensis sepulchrũ apud Judæorum synagogam reperissent; eum è sepulchro suo desumptum Schiluntem detulere: ubi magnum struxere templũ, quod hactenus vocant Sanctum Samuelem Schiluntinum. Hinc tribus emensis à latere montis Moriæ parasangis, Pesipuam deveni: quæ est Gibea Saulis, & eadem cum Geba Binjaminis: ubi nulli Judæi. Ulterius ad Beth-nobi tres parasangæ, ipsa est Nob civitas sacerdotalis. In media via duo saxa Jonathanis, quorum uni nomen erat Botsets, alteri Sene. In civitate duo sunt Judæi, iiq; tinctores. Hinc tribus parasangis Ramas (quæ eadem cum Harama) distat: ubi murorũ inde à patrum nostrorum temporibus rudera; sicuti è lapidum inscriptionibus liquet. Atque

כמו

Digitized by Google

כמו שלשה יהודי׳ והיא
היתה עיר גדולה מאד ושם
בית הקברות גדול לישראל
מהלך שני מילין · ומשם ה׳
פרסאות לגאפה היא יפו
אשר על שפת הים ושם
יהודי אחד צבע · ומשם ג׳
פרסאות לאיבלין היא יבנה
ועדין נראה מקום המדרש
ואין בה יהודים עד הנה גבול
אפרים · ומשם ב׳ פרסאות
לפלמי״ס היא אשדוד אשר
לפלשתים החרבה ואין
בה יהודים · ומשם שני
פרסאות לאשקלונה היא
אשקלון החדשה שבנה עזרא
הכהן ז״ל על שפת הים והיו
קורין אותה מתחלה בניברה
והיא רחוקה מאשקלון
הקדומה החרבה ד׳ פרסאו׳
והיא עיר גדולה מאד ויפה
ובאים אליה מכל מקום
לסחורה כי היא יושבת בקצה
גבול מצרים ובה כמו מאתים

hoc loco, civitate olim permagna, tres ſunt Judæi. Hic magnum quoddam Iſraëlitarum cœmeterium ad duo uſque milliaria extenditur. Inde quinque paraſangis Gapham devenitur, quæ & Joppe dicta, inque littore ſita unum tantum habet Judæum, qui tincturam exercet. Hinc Ebalin uſque tres paraſangæ: olim dicebatur Jafne. Adhuc ſcholæ veſtigia remanent; ſed nullus eſt Judæus. Hucuſque Epraïmi limites extenduntur. Ulterius duabus emenſis paraſangis Palmin veni, quæ eſt ipſa Aſchdod Peliſthæorum jam vaſtata: unde nec ullus ibi Judæus. Duabus inde paraſangis Aſchkalon diſtat: quæ eſt Aſchkelon nova, quam ſacerdos Ezra p. m. ad mare condidit. quam initio Beniberam appellabant. Hæc ab Aſchkalone antiqua, quæ jam devaſtata eſt, quatuor paraſangis abeſt. Nova autem urbs permagna eſt & elegans: quò ad negotiationem undique confluunt, eo quod in confiniorum Ægypti extremitate ſita ſit. hic ducenti ferme

יהודים· רבנים ומראשם
רבי צמח ורבי אהרן ורבי
שלמה ושם כמו מ' קראין
ושם כותיים כמו נ' מאות
ושם בתוך העיר בור ש
שקוראין לו ביר אברהים
אל כליל אשר חפר בימי
פלשתים · ומשם לסגורש
היא לוד · ומשם יום וחצי
לזרזין היא יזרעאל ושם
מעין אחד גדול ובה יהודי
אחד צבע · משם שלשה
פרסאות לשיפוריה היא
צפורי ושם קברו של רבינו
הקדוש ורבי חייא שעלה
מבבל ויונה בן אמתי הנביא
והם קבורים בהר ויש שם
קברים הרבה · ומשם ה'
פרסאות לטיבריה היושבת
על הירדן הנקרא ים כנרת
ושם נפל הירדן ושופך ים
המלח אל ארץ הככר והוא
המקום הנקרא אשדות

Judæi Rabbanæi ſive traditionũ obſervatores, quorum antiſtites. D. Tſemah & D. Aaron cum D. Salomone: ibidemque 40 Karaïtæ ſunt, qui Scripturæ ſoli adhærent: quinetiam Samaritani ferme trecenti. In media urbe puteus: quẽ vocant puteum perfecti Abrahami, quippe quem Peliſchthæorum temporibus foderat. Hinc Seguras profectus ſum, quæ olim Lud dicebatur: & poſtea ſeſquidie Zarzin, quæ olim Iiſreël; ubi magnus conſpicitur fons, & unus habitat Judæus qui tincturã exercet. Hinc tribus emenſis paraſangis Sipuriam veni, quæ Tſipori dicebatur olim: ubi eſt ſepulchrum J. Doctoris noſtri ſancti, & D. Hijæ qui è Babylonia venerat, nec nõ Prophetæ Jonæ f. Amittæi; qui omnes in monte ſepulti. Sunt & alia ibi ſepulchra plurima. Inde quinque confectis paraſangis Tiberiadem veni, Jardeni imminentem: ubi Jarden dicitur mare Genezareth, magnoque fluens impetu effundit mare ſalis in terram planitiei. Hic eſt locus qui aliàs dicitur decur-

הפסגה

fus collis: nam egressus Jarden irruit in mare Sodomæ sive mare salis. Tiberiade quinquaginta circiter Judæi sunt: quorum primates D. Abraham vidẽs, D. Muchtar & D. Isaac. Ibidem aquæ calidæ ex abditis terræ locis scaturientes, quas thermas Tiberiadis vocant. In proximo etiam Calebi synagoga f. Jephunnæ. Ibidẽ sepulchretum Israëlitarum cum sepulchris Domini Joannis filii Zachæi & Doctoris Jonathanis f. Levi. Omnia hęc in Galilæa inferiori. Inde duobus dieb⁹ Timin deveni, sive Timnatham: ubi sepulchrũ visitur Samuelis justi, & multorum Israëlitarũ. Hinc uno die profectus fui Aschath, quæ olim Gousch Halebi: ubi viginti ferme Judæi. Inde sex numerantur parasangæ Maranẽ usque, quæ olim Maron. Ubi in propinquo est quædam spelunca, cum sepulchris Hillelis & Schammæi, sepulchris etiam viginti discipulorum, sepulchris denique D. Binjaminis filii Jephethi & D. Judæ filii Bethiræ. Hinc iterum sex parasangæ Almam usque à quin-

הפסגה ויוצא ונופל בים סדום
הוא ים המלח· ובטבריה כמו
נ' יהודי' ובראשם רבי אברהם
החוזה ור'. מוכתר ורבי יצחק
ושם מים חמין נובעי' מתחת
הארץ וקורין להם חמי
טבריה ושם כנסת כלב בן
יפונה בקרוב ושם מקום
קברי ישראל ושם קברו
של רבן יוחנן בן זכאי ורבי
יהותן בן לוי הכל בגליל
התחתון · ומשם שני ימי'
לטימין היא תמנתה ושם
קבר שמואל הצדיק והרבה
מישראל · ומשם יום לעשת
היא גוש חלב ושם כמו כ'
יהודים · ומשם ו' פרסאות
למרן היא מרון ושם מערה
א' קרוב משם ושם קברי
הלל ושמאי ושם כ' קברים
מתלמידיהם ושם קבר ר'
בנימן בר יפת ור' יהודה
בן בתירה · ומשם ו' פ
פרסאות לעלמה ושם נ'

Digitized by Google

יהודים ובית הקברות גדול
לישראל · ומשם חצי יום
לקאדיס היא קדש נפתלי
על שפת הירדן . ושם קבר
ר' אלעזר בן ערך ור' אלעזר
בן עזריה וחוני המעגל
ורשב"ג ורבי יוסי הגלילי ושם
קבר ברק בן אבינוע' ואין בת
יהודי' ומשם יום לבלינוס
היא דן ושם מערה אחת
ומשם יוצא . הירדן עד דרך
ג' מילין מתחבר אליו נחל
ארנון היורד מגבול מואב
ולפני המערה נכר מקום
המזבח של פסל מיכה שהיו
עובדים בני דן בימי' ההם
ושם מקום המזבח של ירבעם
בן נבט שהיה שם עגל הזהב
ועד הנה גבול ישראל מצד
הים האחרון · ומשם ב' ימים
עד דמשק העיר הגדולה היא
תחלת ממשלת נור אל
דין מלך תוגרמים הנקראי'
טורקוש והיא עיר גדולה

quaginta Judæis inhabitatam: quæ ſepulchretum Iſraëlitarum magnum continet. Unde dimidiati diei itinere diſtat Kadis, quæ eſt Kadeſch Naptali in Jardenis ripa condita: ubi ſepulchra D. Eleazari filii Arachi, D. Eleazari filii Azariæ, Houni Circulatoris, D. Simeonis f. Gamalielis & D. Joſæ Galilæi, cum ſepulchro Baraki f. Abinoami: nec ulli iſtic Judæi ſunt. Hinc uno die Belinos veni, cujus nomen fuit Dan: ubi antrum quoddã, unde Jarden profluens tertio milliari jungitur Arnonis fluento, quod è Moabi limite deſcendit. Ante ipſum antrum dignoſci adhuc poteſt locus altaris idoli, quod Micha quondam dicavit & Danitæ illis diebus coluerunt. veſtigia etiam ſunt illius altaris Jeroboami filii Nebati, in quo erat vitulus aureus. Hucuſque limites Iſraëlitarum, quoad mare ſuperius. Inde iter eſt bidui Damaſcum uſque, urbem magnam, initium regni Nor-Aldini regis Togarmanorum, qui Turcæ vocantur. Urbs permagna eſt

ויפה

ac pulcherrima, muro undique cincta: cujus regio hortis & pomariis instructissima est: patetq; in singula latera milliaria quindecim. Nulla in toto orbe civitas cum hac, fructuum ubertate conferri potest: nam eò etiam ex Hermone monte defluunt Amana & Parpar, (nam urbs sub mõte Hermone sita est) adeo ut Amana in mediam urbem descendat, adeoque per ligneos aquæductus ad omnes magnatum ædes aquæ deriventur, nec non in plateas & fora. Urbs ipsa omnium regionum mercatoribus frequentata. Cæterum Parpar extra urbem hortos & pomaria interfluit, omnesq; horti & pomaria inde irrigantur. Ibi templum est Muhammedanorum, quod vocatur synagoga Damascena, cui par non est ædificium in orbe toto; & olim Ben-hadadi palatium fuisse dicitur. Hic magorum artificio vitreus murus constructus est, in quo foramina sunt solaris anni diebus paria: per quorũ singula sol illapsus duo- decim

יפה עד מאד ומוקפ' חומ'
והיא ארץ גנות ופרדסי'
מהלך ט"ו מילין מכל צד
לא נראת מדינת פירות
בכל הארץ כמוה ויורדים
אליה מהר חרמון אמנה
ופרפר כי היא יושבת תחת
חרמון אמנה יורד בתוך
העיר והולכים המים על
ידי גשרים על כל בתי
הגדולים ובחוצות ובשוקים
והיא ארץ סחורה לכל
הארצות · ופרפר הולך בין
הגנות והפרדסי' חוץ לעיר
ומשקין ממנו כל הגנות
והפרדסים שלהם ושם
כניסה אחת לישמעאלים
הנקראת גמאע דמשק אין
כבנין ההוא בכל הארץ
ואומרי' כי היא הית' א
ארמונות בן הדד ושם
עשוי במלאכת החרטומים
כותל של זכוכית ועשו בו
חורין כמנין ימות החמה
ויכנס שמה השמש בכל
אחד ואחד מהן ויורד בו·

Digitized by Google

על מדרגו' יב כנגד שעות היום ובני אדם מכירי' בו שעות היום ובין הארמון בתים בנויים בזהב ובכסף והוא גדול כמו גנת אחת ויכולין ליכנס בתוכ' לרחוץ כמו ג' אנשי' ושם תלוי בתוך הארמון צלע אחת מענק אחד ארכו ט' זרתות ורחבו ב' זרתות והו' היה מלך ענק מן הקדמוני' ושמו המלך אבכמז שכך מצאו חקוק על אבן אחת על קברו ובה כתוב שמלך בכל העולם ויש בה . כמו שלשת אלפי' מישראל ובניה' · תלמידי חכמים ועשירים ושם ראשי ישיב' של ארץ ישראל ושמו רבי עזרא ואחיו שר שלום אב בית דין ורבי יוסף החמשי בישיבה ורבי מצליח ראש הסדר הדרשן ורבי מאיר פאר החכמים ורבי יוסף אבן פלאת סוד הישיבה

decim istis gradibus descendit, qui diei horis respondent: ideoq; homines in isto muro diei horas dignoscunt. Intra palatium loca ex auro & argento exstructa sunt, quorum singula magnum labrum referunt; ut eò ad lavandum tres simul ingredi queant. In palatio medio gigantis alicujus costa quædam dependet, quæ longitudine spithamas novem, latitudine duas æquat. Is fuit rex giganteus unus ex antiquissimis illis, cujus nomen Abcamaz; nam ita sculptum erat in quodā sepulchri lapide, ubi addebatur, per totum orbē regnasse. Hic tria ferme Israëlitarum millia, in quibus erant diversi sapientiæ studiosi & divites: ibidem Caput senatus terræ Israëliticæ, cujus nomen D. Ezra, ejusque frater Sarschalom Princeps senatus, D. Josephus in senatu quintum locum obtinens, D. Matsliah ordinis præfectus & Concionator, D. Meïr sapientum decus, D. Josephus petra admiranda sive fundamentum consultantium in senatu,

ורבי

Doctor Heman Pastor, ac denique Doctor Tſaddik Medicus. Karaïtæ, ſive qui ſoli Scripturæ ſacræ adhærent, iſtic ferme ducenti; Samaritani vero quadringenti: hi pacem quidem colunt; ſed inter ſe connubia non jungunt. Iſtinc unius diei itinere diſtat Galaad, quæ Gilead olim: ubi ſexaginta ferme Iſraëlitæ (quorum primas Doctor Tſadoc.) loco vivunt amplo, qui aquarum rivis, hortis ac pomariis abundat. Unde dimidiato die Salcatham, ſive Salecam profectus; poſtea eodem temporis ſpatio veni Baal-becum: quæ quondam Baalath dicebatur, à Salomone in Libani valle in filiæ Pharaonis gratiam condita, vel reſtaurata, Palatium maximis lapidibus, quorum longitudo viginti ſpithamas; latitudo duodecim æquat, conſtructum eſt: ita tamen ut lapides nulla re cohæreant; ideoq; vulgò ferunt, ſolius Aſmodæi opera iſtud ædificium ſtructum fuiſſe. Ante civitatem fons magnus ſcaturiens, mediam perlabitur inſtar magni flu-

ורבי היטן הפרנס ורבי צדיק הרופא ושם מן הקראין כמו מאתים ומן הכותים כמו ארבע מאות וביניהם שלום ואין מתחתנים אלו עם אלו· ומשם מהלך יום לגלעד היא גלעד ושם מישראל כמו ששים ובראשם רבי צדוק והיא רחבת ידים נחלי מים תגורת ופרדסים · ומשם חצי יום לסלכאת היא עיר סלכה · ומשם לבעל ביק חצי יום והיא בעלת בבקעת הלבנון אשר בנה שלמה לבת פרעה ובנין הארמון מאבנים גדולות אורך ה האבן עשרים זרתות ורחבה שתים עשרה זרתות ואין בין אבן ואבן כלום ואומרים בני אדם שלא נעשה בנין זה אלא על ידי אשמדאי ובראש המדינה מעין גדול יוצא והולך באמצע המדינה כמו נהר גדול ועליו ריחים

Digitized by Google

וגנות ופרדסים בתוך המדינה
וגם תדמור במדבר אשר בנה
שלמה כמו זה בנין אבנים
גדולות והעיר תדמור מוקפת
חומה והי' במדבר רחוקה
מן היישוב ומבעלת הנזכרת
ארבעת ימים וכאלפים י
יהודים בתדמור גבורי מ
מלחמה ונלחמים עם בני
אדום ועם בני ערב שהם תחת
ממשלת נור' אלדין ועוזרים
לשכניהם הישמעאלים · ו
ובראשם רבי יצחק היוני
ורבי נתן ורבי עוזיאל ז"ל·
ומשם לקריתין מהלך חצי
יום והיא קריתים ואין
בה יהודים אלא אחד צבע·
ומשם דרך יום לחמה והיא
חמת היושבת על נהר יבוק
תחת הר הלבנון ובימים
ההם בא רעש גדול בעיר
ומתו ביום אחד חמשה עשר
אלף אנשי' ביום אחד ולא
נשארו כי אם שבעים איש
ובראשם

vii: cui in ipsa civitate molæ, horti, & pomaria adjacent. Tadmor etiam in deserto: quam urbem Salomon pariter magnis lapidibus condidit, quæque muro cingitur. In deserto sita, procul ab inhabitata regione abest, & à cõmemorata Baalath quatuor dierũ itinere. In ipsa urbe duo fere reperiuntur Judæorũ millia, fortes bello, qui cum Christianis & Arabibus, qui imperio Nor-Aldini parẽt, bellum gerunt; & vicinis suis sc. Iismaëlitis suppetias ferunt: habentque sibi præfectos Doctorem Isaacum Græcum, D. Nathanem & D. Ouzielem laudatæ memoriæ. Quum hinc dimidiato die Kirjathin sive Kirjathajim profectus, nullum ibi Judæum, uno tinctore excepto, reperissem; unius diei itinere Hamam veni. Hæc Hamath olim dicta ripæ Jaboki imminet, sub ipso monte Libano. Tunc temporis magno terræ motu in ista civitate uno die periere quindecim hominum millia, uno inquam die: adeo ut septuaginta tantum remanerent; quo-

rum primarii D. Oula ſacerdos, ſenex Abou-Algaleb, & Muchtar. Hinc dimidiato die Schiham, olim Hatſor dictam; indeq; tribus paraſangis Lamdin profectus fui; & poſtea bidui itinere Habebum, ſive Aram Tſobæ. Hæc eſt regia regis Nor-Aldini, in cujus medio palatium habet altiſſimo muro cinctũ. Nullus in civitate fons aut fluvius; ſed imbres bibuntur, quos ſinguli in ædibus ſuis ciſterna Algub vocata excipiunt. Hic mille & quingenti ferme Iſraëlitæ; quorum capita Doctor Moſes Conſtantinopolitanus, D. Iſraël & D. Seth. Hinc ad Balits bidui iter eſt, quæ aliàs Pethora dicta fuit, in Euphratis ripa; ubi etiam hodie viſitur turris Bileami filii Beoris, (putreſcat impiorum nomen) quam ea ratione ædificavit, quæ diei horis reſpondeat. In eadem civitate juſtus aliquis Judæorum numerus habitat. Hinc dimidiato die Kala-Gaberum ſive Sela-Midbaram profectus ſum: quam Arabes retinuerunt, quum Turcæ

Halep

ובראשם רבי עולה הכהן
ושיך אבו אל גאלב ומוכתר.
ומשם חצי יום לשיחא היא
חצור. ומשם שלשה פרסאות
ללמדין. ומשם מהלך שני
ימים לחלב היא ארם צובה
והיא ע[illegible]לוכה למלך
נור אלדין ובתוך העיר א
ארמונו מוקף חומה גדולה
מאד ואין בה מעין ולא
נהר אלא מימי המטר הם
שותים וכל אדם יש לו בור
בביתו שקורין אלגב ובה
כמו אלף וחמש מאות מ
מישראל ובראשם רבי משה
אלקושטנדיני ורבי ישראל
ורבי שת . ומשם שני
ימים לבאלין היא פתורה
על נהר פרת ועד היום הזה
שם מגדל בלעם בן בעור
שם רשעי' ירקב שבנה על
ענין שעות היום ושם כמו
מנין יהודים . ומשם חצי
יום לקלע גבר היא סלע
מדברה והיא נשארה ל
לבני ערב בשעה שלקחו

Digitized by Google

התוגרמי' ארצם והבריחום
אל המדברות ושם כמו אלפים
יהודים ובראשם רבי צדקיה
ורבי חייא ורבי שלמה· ומשם
יום לרקיא והיא כלנה
בתחלת ארץ שנער החולקת
בין מלכות התוגרמים וארץ
שנער ובה כמו שבע מאות
יהודים ובראשם רבי זכאי
ור' נדיב והוא סגיא נהור
ורבי יוסף ושם כנסת מבנין
עזרא הסופר בעלותו מבבל
לירושלם · ומשם שני ימים
לחרן הקדמונה· ובה כמו
עשרים יהודי' ושם כנסת עזר'
כמו כן ובאותו מקו' שהית
שם ביתו של אברהם אבינו
אין עליו בנין וישמעאלים
מכבדי אותו מקום ובאים
שם להתפלל · ומשם מהלך
שני ימים ומשם יוצא נהר
אל כבור והוא חבור והוא
הולך לארץ מדי ונופל
בהר גוזן ושם כמו מאתים

Turcæ ipsórum regionem occuparent, eosque in deserta abigerēt. Ibi duo ferme Judæorum millia; quorum primates D. Tsedekias, D. Hija & D. Salomon. Inde Rakiam uno die profectus fui, quæ olim Calne dicebatur ad Mesopotamiæ ingressum condita, Turcarum regnum à Mesopotamia distinguens. ubi septingenti circiter Judæi; quorum primates D. Zachæus, & Doctor Nadib omnium celeberrimus, nec non D. Josephus. Ibidem synagoga ab Ezra scriba, quum è Babylonia Hierosolyma ascenderet, condita fuit. Hinc itinere bidui Hananem antiquam veni: ubi viginti ferme Judæi, & consimiliter quædam Ezræ synagoga. Quo vero loco ædes Abrahami patris nostri quondam fuere, nullum extat ædificium: eumque Muhammedani religiosè colentes, precandi causa frequentant. Duobus hinc itineribus erumpit flumen Alcabor, id est, Habor, inque Mediam tendens in montem Gozen incidit: ubi ducenti ferme

יהודי'

Judæi. Inde itinere bidui Netsibin veni, civitatẽ magnam fluviisque abundantem: quæ mille circiter Judæos habet. Ulterius biduo profectus fui ad civitatem, cui nomen erat insula filii Omaris in medio flumine Tigridis conditæ, ád radices montium Ararat. Quatuor milliaribus ab eo loco distat, ubi Noachi arca quievit: sed Omar Alcitabi filius arcam è cacumine duplicis montis desumpsit, atque inde Muhammedanorum synagogã sive templum struxit. Non procul ab arca etiamnum exstat Ezræ scribæ synagoga quędam: quò Judæi festis diebus è vicina civitate ad precandũ conveniunt. In ista civitate, scilicet Insula Omaris filii Alcitabi, Judæi ferme sunt quater mille: quorum primates D. Mubchar, D. Joseph & D. Hajim. Hinc biduo profectus sum Almozalem, id est, Asschurem magnam: in qua septem Judæorum millia, quorum primores D. Zachæus princeps è Davidis regis prosapia, D. Joseph cognomento Berhen Alphelec,

יהודי' · ומשם שני ימים
לנציבין והיא עיר גדולה
ונחלי מים ובה כמו אלף
יהודים ומשם שני ימים לגזיר
בן עמר והוא בתוך נהר
חדקל לרגלי הרי אררט מהלך
ד' מילין למקו' שנחה שם
תבת נח אבל עמר בן אל
כטאב לקח את התיבה מעל
ראש שני ההרים ועשה
אותה כנסת לישמעאלים·
ובקרוב התיבה כנסת עזרא
הסופר עד היום הזה וביום
ט' באים יהודים מן המדינה
להתפלל שם ובאותה
מדינה של גזירה עמר בן אל
כטאב כמו ד' אלפים יהודים
ובראשם רבי מובחר ורבי
יוסף ורבי חיי' ומשם ב' ימים
לאל מוצל היא אשור הגדולה
ושם כמו ז' אלפים יהודים
ובראשם רבי זכאי הנשיא
מזרע דוד המלך ור' יוסף
המכונה ברהן אל פלך

Digitized by Google

והוא חוזה למלך זין אל דין
אחיו של נור אל דין מלך
דמשק והיא תחלת ארץ פרס
היא עיר גדולה מאד מימי
קדם והיא יושבת על נהר
חדקל ובינה ובין נינוה הגשר
לבד והיא חרבה אבל יש שם
כפרים וכרכים רבים ומנינות
מהלך פרסה עד עיר ארבאל
והעיר נינוה על שפת חדקל
ובמדינת אשור כנסת עובדיה
וכנסת יונה בן אמתי וכנסת
נחום האלקושי · ומשם
מהלך שלשה ימים לרחבה
היא רחובות אשר על שפת
נהר פרת ובה כמו אלפי'
יהודי' ובראשם רבי חזקיה
ורבי אהוד ורבי יצחק והיא
עיר מוקפת חומ' ויפה
עד מאד וגדולה ובצורה
וסביבותיה גנות ופרדסים ·
ומשם מהלך יום לקרקסיא
היא כרכמיש על שפת
נהר פרת ובה כמו חמש
מאות יהודי' ובראשם רבי
יצחק ורבי אלחנן · ומשם
שני

phelec, id est, astronomus, qui regi Zin-Aldino Nor-Aldini Damascenorum regis fratri ^à sacris erat. Ista civitas, jam inde à diebus priscis maxima, Persidis initium est, ad Tigrin flumen sita: inter quam & Niniven pons tantũ intercedit. Hæc devastata est: attamẽ multos pagos & arces habet. A Ninive Arbeelem usq; una est parasanga. Ninive autẽ Tigridis ripæ imminet. Asschoure vero tres synagogę visuntur, Obadiæ, Ionæ filii Amittæi, & Nahumi Elkoschæi. Hinc triduũ itinere profectus sum Rahabam antiquitus Rohoboth: quæ ad Euphratis ripam sita à bis mille Judæis inhabitatur; quorum primarii D. Hizkija, D. Ehud, & D. Isaac. Urbs muro cincta, pulcherrima, magna & munita, circumcirca hortis & pomariis ornatur. Inde uno die Karkesiam (quæ olim Carcemis dicebatur) deveni. Euphratis ripæ imminet: & quingentos ferme Judæos habet, quorum primarii sunt D. Isaac & D. ^Alhanan. Hinc duobus

Zineddin frater Noraddin
^ error in hac voce.

^Alkaran

Digitized by Google

itineribus diſtat Aljobar, quæ eadem cum Pombeditha in Nehardea: ubi duo ferme Judæorum millia; in quibus ſunt ſapientiæ ſtudioſi, quorũ anteſignani Magiſter Hen, Doctor Moſes & D. Eliakim. Hic ſepulchrum magiſtri Judæ & Doctoris Samuelis; atque ante unumquodq; propria ſynagoga, quam quiſque ante obitum ſtruxerat: pręterea ſepulchrum D. Baſtenæi Principis qui fuit caput exulũ, Doctoris Nathanis & D. Nahmanis filii Paphæ. Inde Hardam uſque quinque ſunt itinera: ubi quindecim ferme Judæorum millia; quorũ primores D. Zaken, D. Joſeph & D. Nathaneel. Hinc profectus, biduo poſt veni Okberam; quam civitatem Jeconias rex Judæorum condidit: in qua decem ferme Judæorum millia; quorum primates D. Joſua & D. Nathan. Hinc eodem temporis ſpatio Bagdadum veni, civitatem maximam: quæ metropolis eſt imperii Caliphæ præfecti credentium Abaſidæ, qui ex ipſorum Pro-

שני ימים לאל יובר היא פום בדיתא אשר בנהרדעא ושם כמו אלפים יהודים וביניהם תלמידי חכמים ובראשם חן הרב ורבי משה ורבי אליקים ושם קבר רב יהודה ורבי שמואל ולפני כל אחד ואחד. בית כניסתו אשר בנו הם לפני מותם ושם קברו של רבי בסתנאי הנשיא ראש הגולה ורבי נתן ורב נחמן בר פפא. ומשם חמשה ימים לחרדה ושם כמו חמשה עשר אלף יהודים ובראשם רבי זקן ורבי יוסף ורבי נתנאל. ומשם שני ימים לעוקברה היא המדינה אשר בנה יכניה מלך יהודה ובה כמו עשרת אלפים יהודי' ובראשם ר' יהושע ור' נתן ומשם שני ימים לבגדאד היא העיר הגדולה ראש ממשלת כליפת אמיר אל מומנין אל עבאסי ממשפחת הנביא

שלהם והוא הממונה על
דת הישמעאלים וכל מלכי
ישמעאל מודים לו והוא
עליהם כמו הפפא על
הנוצרים ויש לו ארמון בתוך
בגדאד מהלך שלשה מילין
ובתוך הארמון יער גדול
מכל מיני אילני העולם בין
עושי פרי ובין שאינן עושין
פרי ושם כל מיני חיות
ובתוך היער מקוה מים באים
מנהר חדקל ובשעה שירצה
לטייל עצמו בו ולשמוח
ולשתות צדים לו עופות וחיות
ודגים ובא לארמונו עם
יועציו ושריו ושם המלך
הגדול אל עבאסי אחמד והוא
אוהב ישראל מאד׳ ולפניו
משרתים רבים מישראל והוא
יודע בכל הלשונות ובקי
בתורת משה וקורא וכותב
בלשון הקדש ואינו רוצה
ליהנות אלא מיגיע כפיו
ועוש׳ מחצלאות וחותם.

Prophetæ familia genus ducit. Hic Muhammedanorum religionis antistes est, ipsique omnes Muham. reges fasces submittunt: iis enim eodem modo præest, quo Papa Christianis. Bagdadi palatium habet, quod tria patet milliaria: in cujus medio sylva magna est, omnibus arborũ cum fructiferarum, tum sterilium generibus quæ in orbe reperiuntur, instructa; quin etiam omnibus ferarum generibus. In media sylva receptaculum est aquarũ, quæ è Tigri flumine derivantur. Quum exspatiari & se oblectare ac convivari inibi desiderat, aucupio aves ipsi parantur, similiter feræ & pisces venatione & piscatione; ipse deinde palatium suum ingreditur cum consiliariis & principibus suis. Nomen magni istius regis est Abasides Ahmed. impense amat Israëlitas, quorum plurimi ipsi ministrant: omnes callet linguas, legisque Mosaicæ peritus est, ac sanctum idioma non solum legit, sed etiam scribendo exprimit. Nulla re quam manuum suarum labore porta frui

חותמו

Digitized by Google

frui cupit: ſtoreas enim conficit, quas ſigillo ſuo ſignatas per principes ſuos in foro divendit, eaſque viri ſummi emunt; atq; ex hoc pretio edit ac bibit. Vir bonus eſt ac fidelis, & obvios quoſque ſalute impertit. Iſmaëlitis tamen eum videre non datur. Peregrini verò qui è longinquis regionibus Meccã in regionemElyman tendunt, eum adire allaborant, & è palatio eum inclamant; Domine noſter, Iiſmaëlitarum lux & legis noſtræ lumen, oſtende nobis vultus tui ſplendorem: ſed ipſe eorũ verba ſuſque deque habèt. Deinde principes & ſervi qui ei miniſtrant accedentes inquiunt; Domine noſter, ſalute tua eos imperti, qui è remota regione accedentes, ad umbram decoris tui ſe recipere geſtiunt. Tum is ſublatam veſtis ſuæ alam è feneſtra demittit, quam accedentes peregrini oſculantur. Deinde ad eos Principum nonnemo; Abite cum ſalute: jam enim vobis propitius ſalutem impertitus eſt dominus noſter lux Iiſmaëlitarum.

חותמו בהן ומוכרין אותם
שריו בשוק וקונים אותם
גדולי הארץ ומדמיהן הוא
אוכל ושותה והוא איש טוב
ובעל אמונה ודובר שלום
לכל הבריות ואינן יכולים בני
ישמעאל לראותו והתועים
הבאים מארץ מרחק ללכת
למיקה בארץ אלימן מבקשים
ללכת לפניו ואומרי' לו
מהארמון אדונינו אור ה
הישמעאלי' וזהר תורתנו
הראנו זיו פניך ואינו חושש
לדבריהם ובאים שריו ועבדיו
המשרתים אותו ואומרי'
אדונינו פרוש שלומך על
האנשי' הבאים מארץ מרחק
המתאוים לחסות בצל
נעימותיך ובאותה שעה
ירים ומניח כנף בגדו מן
החלון ובאי' התועי' ונושקים
אותו ואומר להם שר
אחד לכו לשלום כי כבר
רצה ונתן לכם שלום א
אדונינו אור הישמעאלים

והוא בעיניהם כמו הנביא שלהם והולכים לבתיהם שמחים על פי הדבור שדבר להם השר שנתן להם שלום ונושקים בבגדו כל אחיו וכל משפחתו וכל אחד ואחד יש לו ארמון בתוך ארמונו אבל כלם אסורים בשלשלאות של ברזל ועל כל בית ובית שומרי' שלא יקומו על המלך הגדול כי פעם אחת קמו עליו אחיו והמליכו אחד מהם ונגזרה גזרה על כל בני משפחתו שהיו אסורים בשלשלאות של ברזל שלא יקומו על המלך הגדול וכל אחד ואחד יושב בארמונו בכבוד גדול ולהם כפרים ומדינות ומביאים להם המס פקידיהם והם אוכלים ושותים ושמחים כל ימי חייהם ובארמון המלך ה הגדול בניינים גדולים .ג ועמודי כסף וזהב ומחבואות וכל

tarum. Eumque Prophetæ ſuo parem cenſent; & domum redeunt læti, propter ſermonem quem habebat ille Princeps, dum ſalutem impertitam diceret. Omnes etiam fratres totaque familia veſtẽ ejus deoſculatur: habentque ſinguli ſua palatia in ipſius palatio; ſed catenis ferreis vincti in ſingulis ædibus cuſtodes habent, qui ne adverſus maximum regem inſurgant attendunt. Factum enim aliquãdo ut fratres adverſus eum rebellarent; & ex ſe quendam crearent regem: quapropter decretum de omnibus ejus conſanguineis factum fuit, ut catenis ferreis conſtringerentur, ne in maximum regem inſurgerent. Singuli tamen in ſuis palatiis admodũ ſplendidè vivunt, & pagos ac civitates imperio ſuo ſubjectas habent, quarum præfecti ipſis tributa ſolvunt: itaq; edunt, bibunt, ac lætantur omnibus vitæ ſuæ diebus. Cæterum in illo maximi regis palatio magna ſunt ædificia cum argenteis ac aureis columnis, conclavibus atque omni-

bus gemmarū generibus:
unde nonniſi ſemel quot-
annis prodire ſolet, idque
feſto Ramadan, ut ipſi vo-
cant. Hoc die è remotis lo-
cis ejus videndi cauſà con-
fluunt: quum ipſe in mula
equitat veſtibus regiis ex
auro argentoque confectis
indutus, cidarim in capite
geſtans gemmis inæſtima-
bilis pretii ornatam; cui ni-
grum ſudarium incumbit
ad teſtandam convenien-
tem huic mundo mode-
ſtiam: ac ſi diceretur, vide-
tis totam hanc gloriam; ſed
mortis tempore eam oc-
cupabunt tenebræ. Et eum
comitātur omnes Muham-
medanorū duces eleganti-
bus veſtibus induti, equiſq;
inſidētes, Principes Arabiæ,
Mediæ, Perſidis & regionis
Touboth trimeſtri itinere
ab Arabia remotæ. Ita à pa-
latio ſuo incedit uſque ad
oratorium, quod proxi-
mùm Botſræ portam ma-
ximum eſt. Quicunq; cum
ipſo incedunt viri ac mu-
lieres, veſtitu ſericeo ac
purpureo induuntur. Inve-
nias per omnes plateas ac
fora, quovis muſicę genere
can-

וכל אבן יקרה ואינו יוצא
מארמונו אלא פעם אחת
בשנה בחג שקורין אותו
רמאדן באי' מארץ רחוקה
באותו היו' לראות פניו והוא
רוכב על הפרדה ולובש בגדי
מלכות עשויים מזהב ומכסף
ועל ראשו מצנפת ועליה
אבנים יקרות שאין להם
שעור לשווי' ועל המצנפת
סודר שחור בשביל צניעו'
העולם כלומר תראו כל
הכבוד הזה חשך יגשש אותו
ביום המיתה ובאים עמו כל
קציני ישמעאלי' מלובשים
בגדים נאים ורוכבי' על סוסים
שרי ערב ושרי מדי ופרס
ושרי ארץ טובות מערב מהלך
שלשה חדשי' והולך מארמונו
ועד בית התפלה שהיא
בשער בוצר"ה והיא בית
אל סוף עד פאריש המדינ׳ הגדולה מהלך ששה ימים והיא למלך לואי״ש והיא יושבת על נהר סי״נא ושם תלמידי חכמים אין כמותם היום בכל הארץ עוסקים בתורה יומם ולילה והם בעלי אכסניא לכל עובר ושב אחים ורעים עם כל אחיהם היהודים׃ השם ברחמיו ירחם עלינו ועליהם ויקיים בנו ובהם מקרא שכתוב ושב וקבצך מכל העמים אשר הפיצך יי׳ אלהיך שמה׃

אמן אמן אמן ׃

תם ונשלם׃

ſodo (forte regione Elſas) ſex dierum iter eſt Pariſios uſque, urbẽ maximam, Ludovici regis regiam: quę ad Sequanam ſita eos ſapientiæ ſtudioſos habet, quales in toto orbe hodie invenire non eſt; ut qui dies noctesq; legi incumbant. hoſpitales in omnes peregrinantes: qui fratres & ſocios ſe præbent quibuſvis conſanguineis Judæis. Deus miſericordia ſua maxima noſtri & illorum miſereatur; atque cum in nobis, tum in illis iſtam impleat Scripturam Deut. 30. Si convertaris, iterum colliget te ex omnibus populis quò diſperſerat te Deus Dominus tuus. Amen, Amen, Amen.

Abſolutum & perfectum eſt.

Digitized by Google

NOTÆ

Quibus cum Benjaminis contextus illustratur, tum errores multi perstringuntur.

NOTÆ IN PRÆFATIONEM.

PAgina 1. lin. 5. In textu originali est נבארה: qua voce regio designatur, non Cantabrorum, ut nonnemo existimat; sed istis vicina: quam occupabant olim Αὐτρίγονες dicti Ptolemæo. Ibi enim Βȣρȣέσκα, vulgò Briviesca vel Bierbiesca, aliaque oppida quæ Navarrenorum sunt.

Lin. 7. Videri præterea alicui queat, gentilitium nomen *Tudelensis*, id est, מטודילה ad Benjaminem referendum non esse; sed ejus patrem Jonam: adeoque טודילה esse Ptolemæi Τώλητον, vulgò Toledo, syllabis transpositis; ut alias in Judæorum scriptis fieri solet. Dubitandi ratio, quod ex itinere redux Benjamin, quum procul dubio ad suos se contulit (unde hîc linea penult. pro אלה עמו *hæc secum*, quidam legit אל עמו *ad populum suum*) in Castiliam se receperit: ubi Toletum, & forte paterna familia. Quum tamen in Navarra

oppi-

Digitized by Google

oppidum ſit, cui nomen Tudela; & in utroque meo codice legatur אלח עמי, ad Benjaminem gentilitium nomen refero. Quod enim in Caſtiliam ſe receperit, varias alias cauſas habere potuit. Natus ergo Benjamin Tudelæ in Navarreno regno; Toletum autem Carpetanorum eſt in mediis Hiſpaniis civitas.

Lin. 18. *Quorum fama, &c.*] Sic verti debent; non verò, *eaſdem, ſcilicet res, in Hiſpania retulit*, ut exiſtimatum fuit: nam quod de iis, quæ viderat vel audiverat, poſtea apud ſuos retulerit, ſtatim in ſequentibus narrabitur. Sed ut *fama* Hebræis שמע dicitur, ſic נשמע (quo noſter utitur) de eo quod fama percrebuit, uſurpatur: quemadmodum de ipſa fama in verſione Syra Matth. 4. 2. legitur ܐܫܬܡܥ ܛܒܗ, *percrèbuit fama ejus.* Hoc ergo ſibi vult autor, Benjaminem non quævis auribus percepta, literis abſque ullo diſcrimine conſignaſſe; ſed magno delectu audita deſcripſiſſe: ut in auditis referendis nonniſi eorum autoritate niteretur, qui apud ſuos Hiſpanos fama jam eſſent celebres; quò apud eoſdem redux fidem mereretur.

Lin. ult. Caſtiliam duplicem faciunt, veterem, quam olim Barduliam dicebant; & novam. atque ſi ſuperiori conjecturæ de nomine gentilitio locum faciamus, de nova hic

Digitized by Google

ſermo erit; ubi Toletum. De qua urbe hoc ἐν παρόδῳ ſubjiciam, quod Georgius Elmacinus vitam Walidis in hiſtoria Saracenica deſcribens annotat; quum Toletum in Saracenorum manus deveniſſe narraſſet: ad Walidem allatam fuiſſe مايدة سليمان وهي من خلطين ذهب وفضة وعليها ثلاثة اطواق من لولى *Menſam Salomonis ex auro & argento commiſtis, atque tres habentem limbos ex margaritis.* Adeo ut hæc Toleti fuiſſe videatur.

Ibid. 933.] Hic numerus plenus non eſt: ſed ita ſcribere amant Judæi, addendo ſubinde לפק, id eſt, לפרט קטן *ſecundum computum minorem.* Hoc modo omittunt millenarios integros, qui à conditu mundi effluxerunt; tantumque minores numeros ultra millenarios annotant. Quibus minóribus ſi addideris 240. numerus exurget annorum, qui addito millenario, à nato J. Chriſto ad tempus quod annotatur effluxerunt. Unde Judæorum calculum noſtro accommodare lectores poterunt. Itaque ſi annos 933. hic annotatos cum 240. conjungas, apparebit hic annotari annum æræ Chriſtianæ 1173. quo anno Benjamin ad ſuos reverſus dicatur. Nam millenarium tum demum addere debes, ſi nullus è compoſitione numeri 240. cum numero

computi

Digitized by Google

computi Judæorum minoris, millenarius excrescat.

AD TEXTUM.

PAg. 3, lin. 8. In Ebræo est שרקוסטה: ubi vestigia sunt cum antiquæ, tum recentioris appellationis. Nam Ptolemæus Geogr. l. 2. c. 6. & l. 8. c. 2. hanc civitatem, sive potius illius districtus metropolin vocat Καισάρειαν Αὐγοῦσταν; at recentiores Saragosam: unde Abraham Zacouth in Jouchasin f. 130. nominat סרגוסה. Adeo ut prior pars vulgarem; posterior verò antiquiorem appellationem referat. Nam Benjamin ק pro g posuit: quod mirum non est, cum sint ejusdem organi literæ; ac præterea Græcorum κ, quod Ebraïco ק respondet, quandoque γ sonare notent Grammatici: nempe si post γ induens sonum τοῦ ν, collocetur. Sed ut eò respiciamus necesse non est: quosdam enim Orientales ק tanquam g pronuntiare, satis demonstravi notis ad gramm. M. Kimchi p. 75. Cæterum hæc civitas Salduba olim vocabatur, teste Plinio l. 3. c. 3. *amne Ibero* (ut idem addit) *affusa*: unde liquet citerioris Hispaniæ fuisse; ubi hic Benjamin habitabat, ideoque suum iter aggressus fuit.

Lin. 13. *Gigantum*] ענקים pro gigantibus

accipio, quemadmodum Græci Deut. 1. 28. בני ענקים ראינו, υἱοὺς γιγάντων ἑωράκαμεν. consentit Onkelos, cujus verba, בני גבריא חזינא. ubi גבריא non significat simpliciter, *robustos, fortes*; sed idem quod Syris, ܓܢܒܪ̈ܐ *gigantes*: vox enim cum Chaldaica est eadem, siquidem נ istud Syris otiatur; quomodo gigas Arabibus dicitur جَبَّارٌ. Non tamen inficias eo, quin בני ענקי reddi queant, *filii Enac*; uti Arias fecit: quia ענק primus post diluvium giganteæ stirpis habetur parens ac propagator. Verisimile tamen est, & à torque, quo colla sua superbe cingebant, ita dictos fuisse: nam ענק propriè est collum torque cingere. unde Arabibus أَعْنَاقٌ *colla*.

Pag. 4. l. 7. *Legis*] Hæc civitas dicitur קדומה לתורה non ab antiquitate; sed à dignitate & officio: quod veluti præfecta fuerit legi, ut ejus curam gereret atque ad eandem pertinentia sedulò perageret. Quemadmodum Latinis sacrorum & Deorum antistites dicuntur, qui sacrorum curam gerere, Deorumque cultum procurare solent. Ideo reddidi, *legis antistes*: sicuti etiam Arabes antistitem participio ab eadem origine deducto

vocant

Digitized by Google

vocant مُقَدَّم à قَدَّم quod ſæpius in hiſtoria Saracenica occurrit, imprimis ubi Chriſtianorum Antiſtitū inauguratio deſcribitur.

Lin. 15. *Proſapia*] Ebræum מכונה ביחסו quidam vertit *recta genealogia*: quam verſionem nec forma participii, nec ſyntaxeos convenientia, nec verborum ordo admittit. Sed מכונה eſt à כנה in part. conj. Pual, legiturque מְכֻנֶּה & deſignat *denominatum*. Unde paraph. quædam Gen. 4. 26. cum honorificum Dei nomen idolis impoſitum docere vellet, ita ferme dixit, בכדון שרו בני אישא למעבד להון טעון, ומכניין יתהון בשמא דה״, *tunc cœperunt filii hominum conficere ſibi idola, quæ de nomine Iovæ vocarunt*. Hinc ſignificatio τȣ̃ כנה ſatis eluceſcit: quamvis paraphr. autor Ebraici contextus ſenſum nō ſatis aſſecutus mihi videatur; qua de re alibi ſcripſi prolixius. Cæterum ut in lingua Ebr. & Chald. hujuſmodi eſt verbi illius uſus; ita etiam in Arab. nam in hiſtoria Saracenica eo ſenſu paſſim uſurpatur occurritque ſæpius يكنى *cognominabitur*.

Lin. 24. *Aliique his ſimiles*] כנגדם Ebræis non tam parem aliis, ut exiſtimarunt quidam; quam ſimilem notat. Phraſis deſumta è c. 2. Gen. verſ. 18. & 20. quibus locis כנגדו *tanquam coram eo*, idem eſt ac ſi dixiſſet *ſimilem*: de

I 5 uxore

Digitized by Google

uxore enim Adami agitur, quæ ipsi Adamo fuit similis. Ideoque paraphrasis Hierosolymitana expressius quam Onkelos & LXX' interpretes, habet כַּד נְפִיק בֵּיה *sicuti tendens* sive *egrediens ad eum*: cujusmodi formula Judæi passim similitudinem exprimere consuevere; quum pro *simili* vel *similibus* dicunt כיוצא בו vel כיוצא בם. Idem est כנגד *tanquam* (*contra*, *è regione*) si cum affixis componatur, ut hic in scriptore nostro & Gen. 2. Cujusmodi quid etiam apud Græcos invenire est: nam per ἀντὶ quod in compositione quoque est *contra*, similitudinem exprimit Homerus in voce ἀντίθεος: qua ipsi non solum qui Deo contrarius est; sed etiam qui Deo est assimilandus designatur.

Lin. 25. *Sapientiæ stud.*] Miretur quis, qui inter discipulos sapientum ipsi Rabbini censeri queant, quod hic fieri videmus. Sed è codice קדושים *de sponsalibus* observa תלמידי חכמי' non tantum dici pueros ac juniores discipulos; sed etiam adultiores, qui etsi ab his discant, illos tamen docere possunt. nam f.57. p.1. editionis Sabionetensis, cum in Gemara explicant comma 32. c. 19. Levit.' *coram canitie assurgito*, ea de honore filiis sapientum exhibendo disputantes proferunt, quæ provectiores denotari evincunt. In codice etiam הוריות *de documentis judicum* f.13. p.2. editionis Vene-

Venetæ, de discipulis sapientum legimus, בזמן שרבים צריכים להם, *quando multi iis indigent*: adeo ut provectiores describantur, quorum opera populus jam utitur. Itaque quemadmodum Græci pro sapientum titulo, assumserunt humiliorem, & se sapientiæ amatores, id est, Philosophos dixerunt; sic Judæorum etiam doctores sæpe non sapientes, sed sapientum discipuli, id est, sapientiæ studiosi dicebantur. Sic Maimonides cod. דיעות. c. 5. sapientes & sapientum discipulos pro iisdem habet: ubi etiam virtutes prolixè describit, quibus sapientũ discipuli ornari debent. Codice verò תלמוד תורה c. 6. sect. 11. Doctores, Legati & Prophetæ Dei vocantur Sapientum discipuli. Licet alibi à Sapientibus ut superioribus distinguantur.

Lin. 28. *Batira*] In Hebræo est בירדש. Annon prima fronte unius literæ transpositione esse videtur oppidum Debris? de quo Plinius l. 4. c. 5. quiddam notatu dignissimum his narrat verbis, *Vltra montem est Debris affuso* (vel ut alii legunt *effuso*) *fonte à medio die ad mediam noctem aquis ferventibus, totidemque horis ad medium diem* (*regentibus*, lege) *rigentibus*. Et quo magis eundem locum esse existimes, Ptolem. l. 4. c. 6. vocat Βέδειρον *Bedirum*. Sed ut idem sit oppidum nullo modo permittit situs: hoc enim Plinianum, *Debris*, est in Cyrenaica

naica

Digitized by Google

naica Aphricæ regione; illud vero ביררש in Gallia Narbonensi. Est igitur ביררש Bαιλίραι Batira; etsi nomen Ebræum ad illud magis, quam hoc oppidum voce accedat. Vulgò dicitur *Besiers*.

Lin. 29. *Sunt parasangæ quatuor*] Constanter in utroq; codice Ebræo legitur ד' פרסאות: attamen tanta non videtur inter Narbonam & Bætiras distantia. Id quo liqueat magis, quædam de פרסה, quum frequenter in hoc libro occurrat, delibanda sunt. In Gemara codicis Berachoth per R. Alphesum contracta, folio mihi 65. p. 1. ita legitur, אסור להלך בערבי שבתות יותר על ג' פרסאות דאינון יב מיל *vetitum est ne quis pridie sabbathi ultra tres parasangas iter producat, quæ duodecim milliaria complent.* Unde hoc habemus, parasangam definiri milliaribus quatuor: nam si tres parasangæ sunt milliaria duodecim; una tertiam partem illorum 12. id est, quatuor milliaria continet. Ita in Jouchasin f. 156. Lisbona in Lusitania ab urbe Kalikout in extrema Asia, dicitur distare ג' אלפים ותת פרסאות, 3800 parasangis; quæ ibidem conficere affirmantur כמו טו אלף ור' מילין, 15200 circiter milliaria. unde sequitur parasangam continere milliaria quatuor. Quæ non multum à communi sententia differunt, si מיל sit milliare mille passuum. nam in eandē ferme sententiam Herodotus

dotus p. 219. edit. H. S. παρασάγγας καλέουσι οἱ Πέρσαι τὰ τριάκοντα στάδια, *Persæ singulas parasangas vocant triginta stadiorum spatium.* Ita Hesych. παρασάγγης, inquit, est μέτρον ὁδοῦ τριάκοντα σταδίους ἔχον, *mensura via triginta stadia complectens.* Quandoquidem autem פרסה secundum Judæos exactè quatuor מילין continet (sicut Abrab. in Dan. f. 104. כל פרסה ד' מילין *omnis parasanga est quatuor milliarium*) expendamus horum longitudinem. Rabbi Bechai in legem (f. 162. si rectè memini, sed dubito, saltem alicubi) unicuique מיל bis mille cubita assignat; uti & Maim. de precibus c. 4. sect. 2. ארבעה מילין שהם שמונת אלפים אמה, *quatuor milliaria, quæ sunt octo millia cubitorum*: ergo milliare 2000 cubitis constat; quibus singulis si quinos palmos tribuas, ultra dimidium milliare non conficient. Milliare enim parvum est mille passuum; passus autem pedum quinque, pes denique palmorum quatuor; ita ut vicies mille palmi, uno contineantur milliari: at bis mille cubita eaque singula palmorum quinque, in universum, summam tantum reddunt decies mille palmorum. Vulgò tamen מיל pro milliari passuum mille accipiunt. Verum si hæc sententia retineatur, 'ד illud mendosum esse suspicor; sin R. Bechai sententiam approbemus, manente 'ד auctoris nostri assertio veritati

pro-

propior erit. Nam tum parasanga quatuor continens milliaria secundum Judæos, dimidium tantummodo longitudinis explebit, quam altera sententia statuit. quod quî cum aliorum quorundam virorum mensuris conveniat, aliaque nonnulla de hac re, distincte in epistola ad lectorem proposui: ubi quæ hic observanda sunt, annotata fuere.

Pag. 5. l. 2. *Vocatur Monpeslier*] Hebraicè הר געש. Hoc nomine fuit locus quidam in terra sancta, ad cujus partem septentrionalem sepultus Josua. Fingunt autem Judæi hunc montem contremuisse ac commotum fuisse, quum Israëlitæ non satis Josuæ mortem lugerent: atque ex illo motu nomen accepisse. Ad eundem montem nobilis erat civitas: ideoque isti Gallorum emporio *Monpeslier* Judæos idem indidisse nomen autumo. quia non tantum *Mons* ipsis est הר; sed etiam געש motum tremulum notat, cujusmodi in πάλλω animadvertitur, quum Græci Philosophi palpitationem cordi tribuentes dicunt, πάλλεί ἡ καρδία. Vocis autem πάλλω reliquiæ in compositis Gallorum & Hispanorum dictionibus remanent. Itaque *Monpellier* κατὰ πόδα reddere voluerunt הר געש. Ptolemæo dicitur Α'γαθὴ πόλις, Latinis *Mons-Pessulanus*. Cæterum, quamvis Judæis ista civitas isto nomine הר געש veniat; tamen observandum הר געש

in

in terra ſancta non civitatis, ſed montis (ad quem tamen eſſet civitas) nomen fuiſſe: nam civitas dicebatur quandoq; תמנת סרח, quandoque תמנת חרס, per literarum transpoſitionem in voce poſteriori. Porrò תמנת חרס eſt *ſimilitudo* ſive *imago ſolis*: quia enim in celeberrimo iſto prælio, quod Judicum 10. deſcribitur, ſol ſubſtiterat, ideo ſepulchro Joſuæ ſolis imaginem impoſitam volunt Judæorum plerique; civitatemque à ſolis imagine denominatam, quod ibi iſtud ſepulchrum ſolis imagine ornatum conſpiceretur. Etſi non ignorem quam utriuſque nominis חרס & סרח etymologiam ab hac diverſam tradat D.Eliezer: verum eam ſatis inſulſam proponere ſuperſedeo. qui eam cognoſcere deſiderat, codicẽ Baba Bathra inſpiciat, ubi octonarii ב fol.pr.pag.1. edit. Conſtant. (ea enim editio octonariis tantum literarum diſtincta eſt) ſententia duplex in Gemara proponitur. Cæterum non eſt prætermittendum, in הר געש id eſt, *Monpeslier* natũ fuiſſe Salomonem Abrahami filium: qui tantos motus per Gallias concitavit contra R Moſen, poſtquam ejus liber *More Nebuchim* in linguam Ebræam converſus fuiſſet. Ab illo enim ejuſque diſcipulis accenſa face, ſe invicem diris devovere Judæi: ſed liber tandem ab omnibus approbatus fuit.

Lin.

Lin. 8. *Muhammed*] Nec Idumæi, nec Iſmaëlitæ ponuntur hoc loco pro ſpeciali gente, ut exiſtimat nonnemo; ſed, quod in Judæorum ſcriptis verſato vel indicaſſe ſufficiet, אדום pro Chriſtianis, ישמעאל pro Muhammedanis, Turciſque omnibus uſurpatur: prout ex commentariis R. Jahjæ in c. 11. Dan. Alſchech Pſ. 110. Abrab. Eſ. 53. 9. aliiſque patet. Itaque hic primum in genere populos diſtinguit; deinde ſpeciatim varias nationes proponit, addita etiam gente Iſraëlitica. Edomæos autem Chriſtianos eſſe volunt, ut multa quæ Deus olim Edomæis minatus eſt, in Chriſtianos derivent. Muhammedanos autem eoſdem cum Iſmaëlitis faciunt: tum quia Muhammedis genus ab Iſmaële deducitur; tum etiam quia Iſmaëlitæ ipſis propriè ſunt Arabes, qui Muhammedis placita primi receperunt.

Lin. 9. *Algarbia*] אל ערוה videtur eſſe Algabia, cujus incolæ Ptolemæo Τȣρδέτανοὶ nuncupantur; ita ut *y* valeat *g*: notum enim eſt Græcos 70. paſſim literam *y* per *g* etiam expreſſiſſe: quod docent varia locorum nomina, ut עמרה Γόμοῤῥα, &c. unde noſter quoque Judæus *g* per *y* exprimere forte non dubitavit. Sed quia Algarbia eſt regio Hiſpaniæ, quam poſtea diſtinctè commemorat, alium locum à noſtro deſignari non immeritò

quis

Digitized by Google

quis ſuſpicetur. Puta Africæ urbem vel regionem quandam maritimam navigationibus celeberrimam: vulgò Alger. Huic enim è regione objacet, licet magis ad Occidentem vergens, Mons-Peſſulanus, id eſt, Monpeſlier: ideoque facile ab illius loci mercatoribus frequentatur. Itaque Alger ſive Algier forte noſtro *Algeria* dicta, ita ut ſcribæ vitio י in ו degeneraverit. Ptolemæo alio nomine dicitur, Σάλδαι κολώνια.

Lin. 17. *Vnà cum*] על ידי hoc loco non operam & miniſterium aut cauſam ſignificat, uti exiſtimatum fuit; licet iſta notio ſit frequentiſſima: ſed conjunctionem & præſentiam, ut Jobi 1. 12. ubi על ידיהם eſt *apud, coram illis*, ideoque Chald. vertit על סטריהון *ad latera eorum*; & A. E. expreſſius על מקומם *in loco ubi erant*. Sicuti יד pro *loco* accipitur Deut. 23. 12. & à Græcis τόπος redditur.

Lin. 6. à fine, *Benefici*] בעלי צדקה *Domini juſtitiæ*, κατὰ λέξιν: ſed pro liberalitate in pauperes, juſtitiam dicere conſuevere Rabbini. Nec hi tantum; ſed Paulus quoque nonnunquam ita loqui amat: ut 2 Cor. 9. 10. *Deus augeat fructus juſtitiæ veſtræ*, id eſt, eleemoſynæ veſtræ ſive liberalitatis & benignitatis in pauperes. Apoſtolus autē ita loquitur, quia præcedens com. è Pſ. 112. 9. deſumſerat, ubi Pſaltes nomen juſtitiæ ſimiliter ad eleemoſynam reſtrinxerat.

Digitized by Google

Lin. 5. à fin. *Tutelam*] in originali עומדים בפרץ. deſumpta eſt phraſis è Pſal. 106. 23. *niſi Moſes* עמד בפרץ *ſtetiſſet in illa irruptione*: Deus ob idololatriam populum in deſerto perdidiſſet, niſi Moſes interceſſiſſet & Dei veluti in Iſraëlitas hoſtiliter irrumpentis impetum precibus ſuſtinuiſſet. ideo bene Chald. דְּקָם וְאִתְקַף בִּצְלוֹ *qui obſtitit & ſtrenuè rem egit precibus*. Hæc phraſis propriè de iis dicitur qui alios ab ingruente malo eripiunt, atque ſe periculis objicientes pericula averruncant. Hujuſmodi quid quia Moſes fecit precibus, ideo Chal. addit בִּצְלוֹ; Arabs verò, quia ſolennis pœnitentia in hujuſmodi caſu plurimum valet, reddere maluit, قَامَ بَيْنَ يَدَيْهِ بِالتَّوْبَةِ niſi *ſtetiſſet inter manus ejus cum pœnitentia*. Vbi ἐν παρόδῳ adjiciam, hanc formulam بين يديه *inter manus ejus*, iſti interpreti (ut & aliis) paſſim ſignificare *coram*, *ante ipſum*; adeoq; hiſce verbis hoc loco reddidiſſe Hebr. לפניו *coram ipſo*. Sic uſurpatur à Georgio Elmacino in vita Imperatoris Alis: cum hæc morientis de occiſore verba refert اخاصمه بين يدي الله *accuſabo eum* inter manus Dei, id eſt, *coram Deo*. Ubi phraſis eadem.

Pag. 6. l. 9. *Separatus*] Auctor noſter huic doctori maximæ laudi putabat fore, ſi religione

gione Pharisæus esset; ideo inquit פרוש: quamvis magis ad nominis à separando dicti etymologiam respexisse videatur; uti sequentia suadent, quibus separationem illius à negotiis mundanis & comedenda carne enarrat. Alioqui, quantum memini, Pharisæorum institutum id non exigebat, ut à carne abstinerent; modò cibi mundi apponerentur: nam ab immundis se separabant. Notanda verba Nathanis in Aruch ad vocem פרוש quam ita explicat: designare virum שפירש עצמו מכל טומאה ומן מאכל טמא ועם הארץ שאינו מדקדק במאכל *qui seipsum separat ab omni immunditia & à cibo polluto, denique à communi populo, qui anxiè cibum non examinat.* Quemadmodum autem Pharisæi epitheton honorificum habebatur; sic Paulus cum ad Philippenses contra falsos Judæorum doctores disputans, se ipsis minorem non esse ostenderet, ne quidem si ad ea attendere vellent, quæ apud Judæos magno loco haberentur, inter alia inquiebat Phil. 3. 5. Fui κατὰ νόμον Φαρισαῖος. cui simile quod in oratione illa Act. 26. 5. dixisse legitur, κατὰ τὴν ἀκριβεστάτην αἵρεσιν τῆς ὑμετέρας θρησκείας ἔζησα Φαρισαῖος. Ex eo vero quod istam αἵρεσιν arbitrarentur ἀκριβεστάτην *exquisitißimam*, contigit ut pios & devotos Talmudici vocarent פרושים: uti etiam nostrum hoc loco eam vocem usurpasse autumo.

Lin. 17. *Samuel prælector*] In editione Constant. legitur זקן *senex*: sed melius Brisgoæ editus codex חזן: nam ut sequentium epitheta, sunt officiorum nomina; pariter & hic officio ab aliis ejusdem nominis distinctus fuit. Porrò חזן quid sit è scriptis Talmudicis liquet: ubi triplex munus eo nomine designari reperio. Codice *Bava Metsia* c. 7. f. ed. Ven. 93. facie secunda, custodes civitatis ea voce insigniuntur: prout glossa S. Jarchi enarrat ad illa verba, quibus de ejus reatu disputatur, qui non satis suæ curæ commissa servasset. Ibi civitatis custodes minime culpa vacare, si aliquod infortunium accidisset, traditur his verbis, התם בחזני מתא *istic*, scilicet agitur, *de custodibus civitatis*: ac si diceretur, etsi alii, hi tamen excusari nequeunt. Ubi S. J. שומרי העיר בלילה *custodientes noctu civitatem*. Verum hæc significatio in nostro, quo de agimus, Samuele locum non habet: huic enim civitatis custodiam non assignarunt Galli. quare aliam notionem quæramus. In codice Schabbath c. 1. parag. 4. statuitur, ne vespera sive pridie Sabbati, circa Sabbati initium חזן legat; sed tantum pueris ostendat, quid legere debeant: ne forte aptet lucernam quò clarius ac distinctius videat, id est, ne admota lampade oleum ellychnio affundat, itaque contra interdictum de non accendendo igne in sabbatho venire deprehendatur.

Digitized by Google

hendatur. Ubi cum ex re ipſa, tum aliunde ex adjunctis expoſitionibus liquet, חזן eum eſſe qui & pueros doceat & ipſe etiam populo Scripturam ſacram prælegat. Quin etiam Scripturam exponit aliquando חזן : unde in ſequentibus alicubi Benjamin Doctorem ſive Profeſſorem in ſchola & חזן *Concionatorem* in ſynagoga ut communes cœtus Judaici præfectos conjungere videtur. Itaque חזן etiam שליח צבור *cœtus ipſius legatus* dici conſuevit, utpote eccleſiæ nomine ſuum munus adminiſtrans. Qui etiam ſacerdotis (quem vocant) munere in benedicendo fungi nonnunquam poteſt, nedum concionari: unde in Joſepho Karro legimus ad caput 14. Maimon. de precibus, יכול להיות החזן כהן *chazan ſacerdos eſſe poteſt.* Denique חזן etiam nuncupatur lictor vel potius carnifex: ut manifeſtiſſime liquet cod. Maccoth c. 3. parágr. 12. ubi ejus munus in flagellando deſcribitur.

Lin. 18. *Selomo*] hic ille eſt, qui vulgo audit רש״י, id eſt, *Rabbi Salomon Iarchi* (potius *Ierachi*) & ירחי quidem cognominatur ab hac civitate Lunel, quæ à Luna nomen habet: nam hæc Ebræis ירח *Iareach.* Quanquam à patre ſuo ſecundum eandem abbreviaturam רש״י dicatur etiam *R. Salomon Iſacides* ר׳ שלמה יצחקי: patrem enim habebat Iſaakum. Obiit anno Servatoris noſtri 1105. cum diſcipulo ſuo

patriâ Vitrensi, qui preces illas confecit quibus contra Christianos & Romanum regnum, Deum implorant. Quia verò ille Salomon scripturam & pleraque Talmudis explicavit, ideoque magnæ inter Judæos est autoritatis, idcirco è libro Jouchasin quædam addere non gravabor, quibus ætas ipsius &c. magis innotescent. Quamvis de natali oppido secus sentiam, uti & nomen Jarchi suadet. Verba Jouch. hæc sunt הרב החסיד והמאור הגדול רבינו שלמה בר רבי יצחק מטריוש צרפתי קבל גם כן מר' גרשום וספריו ידועים הם ישלם ה' פעלו ונקרא בפי החכמים פרשנדתא ר"ל מפרש הדת ונפטר הוא ור' שמחה תלמידו שעשה מחזור ויטרי שנת תתס"ה והיו ימי רש"י ע"ה שנה, *Magister ille pius, magnumq; luminare, Doctor noster Salomon filius D. Isaaci Trecensis Gallus, ipse etiam doctrinam hausit à R. Gerschomo. Libri ejus notissimi sunt: rependat ei Deus mercedem suam. Sapientes ipsum sæpe vocant Parsandatha, hoc volo, interpretem legis. Hinc migravit cum ipse, tum R. Schimha ejus discipulus, qui fecit circulum, id est, librum precum ordinarium* (*Vitrensis erat*) *anno* 865. id est, J. Christi 1105. *Vixit S. Iarchi annis septuaginta quinque.* Cæterum mortis tempus evincit, Benjaminem dum Judæorum magistros aliosque in istis civitatibus, quas describit, commemorat, non tantum suo tempore viventes recensere; sed eos quandoque qui obierant.

Lin. 19. *Iuda &c.*] Hujus filius R. Samuel More Nebouchim Maimonidæ in linguam Ebræam ex Arabico exemplari transtulit: ut legimus in Jouchasin fol. 131. p. 2. ubi duarum versionum fit mentio: sed prior tantum approbatur. Atque is Samuel etiam filius Tibbonis dicitur; quamvis hoc fuerit patris epitheton. Scripsit idem vocabulorum philosophicorum elucidationem, quam magni facio ob creberrimum illius usum. Antequam ulterius me confero, hic operæ pretium est annotare verba illius Abrahami Zacouthi in Jouchasin eodem fol. אירע לספר המורה ולספר המדע ששרפו אותו *contigit ut liber More, id est, Doctoris, & liber Maddah, id est, scientiæ* (R. Mosis f. Maimonis) *comburerentur*. Verum opposuere sese plurimi, inter quos R. D. Kimchi, qui, ut idem ibidem narrat, hac de re ad Rabbinos hujus oppidi Lunel perscripsit. Nimirum ut motus componerentur, qui tandem sedati fuere.

Pag. 8. l. 22. *Illustrissimos*] Rabbinicè גאונים: quomodo propriè nuncupantur doctores antiqui, qui proxime Talmudis authores exceperunt. Nam Misnæ sive textus Talmudici doctores תנאים nuncupantur; commentariorum vetustissimorum sive Gemaræ authores dicuntur אמוראים, hisce tamen סבוראים quædam addiderunt; post absolutum è Misna &

 Gemara

Digitized by Google

Gemara Talmud qui proximè ſequuti ſunt, audiunt גאונים *illuſtres*. De quibus ſingulis videndus & conſulendus liber cui titulus Halichoth Olam, ubi iſta omnia tranſtuli.

Pag. 10. lin. 13. *Ducunt*] in textu originali יוצאין ונכנסין בספינות *egrediuntur & ingrediuntur* (*cum*) *navibus*: quod ſenſu cum eo convenit, ac ſi dicas, *ducunt ac reducunt naves*. Sed ideo poſteriorem verſionem adhibui, quia apud Orientales & imprimis Arabes, præpoſitio ſignificans *in* (& eo caſu *cum*) ſubjuncta verbis adventus & diſceſſus, ut per *adducere*, *auferre* & ſimilia, tum verba exponantur, efficit. De qua loquendi formula plura vide pag. 123. Codicis Middoth, ubi exempla appoſui.

Lin. 23. *Caput*] Nubienſis eccleſiaſticam politiam conſiderans, Romam non omnium Chriſtianorum caput; ſed unam è columnis Chriſtianorum eſſe dicit: ركن من اركان النصارى *columna eſt* (inquit) *è columnis Nazaræorum*, id eſt, Chriſtianorum. Qui paragraphus obſervatione dignus: quandoquidem conditionem eccleſiæ nobis exprimit; dum alias etiam tres eccleſias ipſi aſſociat, ut officio & poteſtate conſortes, licet Romanam ſedem magnitudine præcellere dicat. Verba ſubjicere non gravabor, quò res fiat liquidior: انها

انها كرسي اعظم من كراسي الاربعة
وبانطاكية كرسي وبالاسكندرية
ايضا كرسي وببيت المقدس كرسي

Ipsa est sedes maxima inter sedes quatuor, & Antiochiæ sedes est, & Alexandriæ etiam sedes, & in domo sancta, id est, Hierosolymis sedes est.

Pag. 11. lin. 22. *S. Petri*] Nubiensis etiam Pauli nomen addit, aliaque subjungit, quæ non prætermittenda duxi. من داخل المدينة
كنيسة عظيمة بنيت على اسم بطرس
وبولس الحواريين وهما فيها في قبرين
وطول هذه الكنيسة ثلث مائة ذراع
واركانها من نحاس مفرغ وسمكها
كذلك مغطى بالنحاس الاصفر

Intra urbem templum magnum est constructum ad nomen Petri & Pauli Apostolorum : ipsique istic in duobus sunt sepulchris. Longitudo hujus templi trecentorum cubitorum : ejus columnæ ex ære fuso ; & parietes similiter obducti ære flavo.

Lin. 30. *Viginti quatuor*] Ambitus hic major est, quam Nubiensis Geographus exprimit : cum enim de urbe Roma ex professo agit, & quæ maxime observanda duxit concisè & compendiosè annotat, hisce verbis amplitu-

Digitized by Google

dinem ipſius deſcribit, مدينة رومة مدينة
عظيمة الدور يذكر ان محيطها تسعة اميال
Vrbs Roma eſt urbs magna quoad circuitum. commemoratur, illius ambitum eſſe novem milliarium. Hæc inter ſe quam longiſſimè diſtant: Judæus noſter viginti quatuor ponit milliaria; Arabs verò novem milliaribus totum ambitum circumſcribit. Sed de Romanæ urbis amplitudine conſulito Georgium Fabricium in ſua Roma & Onuphrium Panuinium lib. I. commentariorum Reipublicæ Romanæ. Antequam ad ſequentia pergam, hoc addendum: Benjaminem verbis ſuis conciliationem etiam ſuppeditare, quum utramque Romæ regionem ſe complecti indicat. Verba hæc ſunt, בין המיושב והחרב *quà habitata, quà vaſtata:* quaſi dicat, urbem olim multo fuiſſe ampliorem, quam hodie conſpiciatur, & ſi vaſtatam partem excipias, iſtud relinqui ſpatium, quod multo minori ambitu circumſcribatur; at vaſtato loco ſimul comprehenſo, circuitum ad viginti quatuor milliaria extendi.

Pag. 12. l. 1. *Regnum uſque Pipini*] Pipinus huic dicitur פפוס Pipus; niſi litera נ forte ſcribarum incuria fuerit neglecta. Sed hoc mitto; in cæteris quanta hîc ſe prodit rerum Romanarum ignorantia? Quis unquam Græcorum aut Latinorum ſcripſit, Romanos inde à

Tar-

Tarquinio perpetua ſucceſſione ac ſerie Imperatores habuiſſe; eoſque ſingulos ſua Romæ habuiſſe palatia uſque ad Pipinum. Præterea quis Titum à ſenatu rejectum ſcripſit, quod triennio, non biennio Hieroſolyma cepiſſet?

Lin. 18. *Galbini*] Quis ſit iſte Galbinus, quem inter reges ſive potius Imperatores collocat, ignoro. Forte legendum Galba: nam Rabb. גלבא facile in גלבין degenerare potuit; ſiquidem in antiquiſſimis codicibus manuſcriptis א Rabbinicum pingitur ut ין: niſi quod cauda τȣ̃ ן non adeo protrahatur. exempla iſtius ſcripturæ habeo multa in codice Maimonidæ: qui tempore Maimonidæ ſcriptus putatur, quemque à viro doctiſſimo & N. Gerardo à Reneſſe accepi mutuò. Fieri igitur potuit, ut Benjamin גלבא ſcripſerit, ſcriba verò deſcripſerit גלבין. Fortaſſis etiam Clodium Albinum Imperatorem deſignare voluit; qui ab albedine nomen habuit, quod cum naſceretur candidiſſimus eſſet. Verumenimverò ubi exactius veterem ſcripturam expendo, Imperatorem Regillianum indigitari poſſe video. Nam in utroque codice eſt המלך מלגלבין, id eſt, *regis* ſcilicet palatium, *regis* inquam *Galbini*, ſi ſtatuamus in ſecunda voce, מל pro מלך poni uſitatiſſima Judæis in ſcribendo apocope. at ſi מלגלבין unam vocem

ſtatuas,

Digitized by Google

ſtatuas, ſicuti utrobique conjunguntur omnes literæ; Benjaminem ut in *Monpeſlier* transferendo, ita & hic ad partium ſignificationem in voce *Regillianus* reſpexiſſe puto. Illic in Monpellier, mons ab ipſo reddebatur הר; ita hic Rex omiſſa ultima litera *x*, redditur מל pro מלך dempta ſimiliter ultima litera ך. alteram vocis partem retinuit, ſed ut fieri ab iſtis Judæis ſolet, corruptam. Hinc ergo מלגלבין pro Regillian. ſubſtituitur. At palatium illud quod trecenta & ſexaginta palatia in ſe complecteretur, & tria milliaria pateret, quis vidit præter hunc Benjaminem, vel potius quis ſe vidiſſe ſcripſit? quod enim non eſt, videri nequit. Hinc tamen, quod numerum trecentorum ſexaginta æquare anni dies adjiciat, in hac ſententia confirmamur, vetuſtum & uſitatum fuiſſe computum, quo ſingulis annis 360. dies aſcriberentur. Quod cum ab aliis viris doctis probatum ſit, inde calculum noſtrum ad Dan. 9. in ſeptuaginta ſeptimanis computandis juvari, ibidem oſtenditur. Denique cum prælio in iſto palatio centum millia cecidiſſe ſcribit, præliumque in parietibus exſculptum, eandem fidem atque in præcedentibus meretur. ſed quis omnes Judaicas nugas recenſeat? vide & p. 13. circa medium.

Pag. 13. l. 10. *Baſilica S. Stephani*] In textu Rabbi-

Digitized by Google

Rabbinico בשלטיאני: quod pro loquendi modo quem noster observat, aliud esse non potest, quam in versione expressi. Hîc enim aliquoties in templorum nominibus של adhibetur, loco particulæ τȣ̃: ut hac eadem pagina linea 4. à fine; ubi שלגורן τ῀ς εἰκόνος vel potius τȣ̃ εἰκόνος subintellecta voce ἱερȣ̃, quasi dicas, τȣ̃ ἱερȣ̃ τ῀ς εἰκόνος &c. coram *templo imaginis*, &c. adeo ut subaudita voce templi articulus præpositivus ita voci sequenti adhæreat, ac si duæ in unam degenerarent. Hoc modo בשלטיאני idem est quod *in templo vel basilica* טיאני. Quid hæc postrema vox sibi velit, docet sequens אטיישני, quæ plenior est præcedenti: nam ob compositionem altera contrahebatur. Scito jam, nostrum Gallico idiomati assuevisse, ideoque pro Latinorum *Stephanus*, & Hispanico *Estevan*, dixisse *Estiene*: quod prout vulgò pronuntiatur Rabbinicè scriberetur אֶטִיֶשְנֵי vel אטיאני, contractè טיאני. Stephanum itaque, quantum conjectura assequi possum, indigitare voluit: & posteriori voce ejus imaginem notavit; sicuti vulgo imaginibus, ipsarum rerum vel personarum nomina indere solemus.

Lin. 19. *Nono die Iulii*] Mensis אב *ab* ex parte Julio nostro respondet; non tamen exactè: nam Judæorum ratio, qua Lunæ cursum sequuntur, id non permittit; & licet

ali-

Digitized by Google

aliquando fieret, ut אב Judæorum menſis cum Julio idem haberet initium, menſis Lunaris conditio iſtam convenientiam proximo anno immutaret. Porrò quare nono die menſis אב iſtum ſudorem manare fingat, in cauſa eſt ſententia de Iſraëlitis in deſerto ſternendis olim lata & Hieroſolymorum ac templi vaſtatio: nam utramque hanc Iſraëlitarum calamitatem diei nono aſſignant. Tantum conſulatur paraphraſis Chaldaica Lament. Jer. c. 1. v. 2. Hic cum paraphraſtes priorem cauſam enarraſſet, de ſecunda eaque primaria ſubjungit: Nebucadnezar צדא ית ירושלם ובית מקדשא אוקיד בנורא בתשע יומין בירחא דאב *vaſtavit Ieruſalem & domum ſanctuarii combuſsit igni nono die menſis Ab.*

Pag. 14. l. 8. *Capua*] Capuam meritò laudat, licet aquæ inſalubres eſſent. Nam Capuanæ deliciæ tantæ, ut Annibali exitio fuerint: cum ipſius exercitus voluptatibus abutens iiſq; effœminatus fortitudinem omnem exuiſſet, ipſeq; etiam Annibal ſibi deinde aliquandiu ſimilis non videretur. Sane illecebras ac voluptates huic urbi tribuit Livius Decad. 2. l. 3. c. 4. *Prona ſemper civitas in luxuriam, non ingeniorum modò vitio, ſed affluenti copia voluptatum, & illecebris omnis amœnitatis maritimæ terreſtriſque.*

Lin. 9. à fin. *Hadar-Ezer*] Davidis victoriam

riam, quam de Tſobæ dunaſta vel rege reportavit, deſcribit autor l. 1. Chron. c. 18. & 2 Sam. 8. Verum quod de Puteolis ab eo conditis hoc loco adjicitur, fabulis reliquis annumerandum. Quemadmodum ubi hanc civitatem ſtupida inſcitia cum Surento confundit: quum tamen aliquot milliaribus à ſe invicem diſtent. Inſignis fuit civitas Puteoli, & ob juſtitiam celebris: unde etiam, teſte Feſto, vocabatur Dicearchia, quia olim juſtiſſime regebatur.

Pag. 15. l. 24. *Cum ſibi à Davide*] Quis ad tantum ſtuporem non obſtupeſcat? coætaneos facit Davidem & Romulum, quum Romulus trecentis circiter annis poſt Davidem regnare cœperit. quod in dubium vocari non poteſt; ſed ex diverſis hiſtoricis conſtat, & paſſim à Chronologis obſervatum, quorum verba repetere neceſſe non eſt in tanta luce. Huic parallelum eſt, quum Romulum talparum more in terram ac longiſſimas ſpecus ſe recepiſſe fingit, ſive eas metu Davidis, qui ante aliquot ſecula mortem obierat, excavaſſe ſcribit. Quis ad hujuſmodi non ſtomachetur? ſi nos ita aberraremus, quàm ſuperbe nobis Judæi inſultarent. Hujuſmodi à lectoribus colligenda, & Judæis, quum ſuos magiſtros crepant, in os regerenda.

Pag. 17. l. 8. à fin.] *Αιμλω*] Auctor duabus voci-

vocibus usus est: quarum una est Græcorum λιμὴν consonis tantum transpositis, utpote cum in נמל eædem consonæ appareant; פורט verò est sono idem cum *portus*. Ut ergo auctor utramque ad emphasin conjunxit; pariter in versione passim utramque convenientissime reddendam existimavi, licet una sufficisset, si sensum respicias. Ipsa civitas videtur esse Ptolem. Τέανον, in Apulia: nam Τέανον duplex est, reperitur enim etiam in Campania. situs tamen in itineris instituti serie repugnat, si vera dicit noster Benjamin, qui sæpe lectorem fallit. Sed prætereundum non est, Beneventum male in maris littore collocari: hæc enim civitas inter mediterraneas à Ptolemæo l. 3. c. 1. collocatur. Verum omnes auctoris errores persequi non est animus; ideoque sæpissime brevitati studens prætereibo.

Pag. 18. l. 1. *Michael de Bar*] Ita recte verti מיקילם דבר docet situs: etiam Ptolomæus loco producto, in Apulia Βάριον inter reliquas civitates recenset.

Lin. 7. *Tarentum*] Hîc dicit esse Calabriæ initium, cujus incolæ Græci. Quia Græci olim in Italia varias urbes condidere; inde Italia dicta fuit magna Græcia: sed cum Græci variis locis pellerentur, Calabria tantum hoc nomē retinuit, ut magna Græcia audiret. Atque huc respicit noster, quum incolas Græcos dicit.

Lin.

Digitized by Google

Lin. 20. *Otranto*] Hanc esse eam, quæ Ptolemæo l. 3. c. 1. Ὑδροῦς nuncupatur, bene conjicit Antonius Thysius junior juvenis, si quisquam, in Græcis auctoribus versatissimus.

Lin. 27. אקרופוס jam vulgò vocari Corfu observavit magnus Scaliger: estq; Corcyra insula & ibidem civitas insulæ cognominis. quæ licet à Sicilia longè distet, tempore Benjaminis Siciliæ regi parebat; nunc est Venetæ ditionis.

Lin. 4. à fin. *Lapta*] In textu לבטה: Scaliger dubius quis locus designaretur, cum scripsisset in margine *Lepanto*, postea delevit, & cum hoc nomen, tum proximè sequentia ut dubia reliquit. Mutato ב in ר *larta* legi posse existimo. Quæ olim dicebatur Ambracia, in Epiro sita: unde non procul proximè sequens civitas Achilon. nec obstat quod noster כפר vicum vocaverit: nam de parvis oppidis etiam usurpari כפר constat. Cujusmodi Benjaminis seculo erat Ambracia. Sed quia ט in ל mutato, vocalibus etiam mutatis, quas Rabbini non ascribunt, legitur Sybota, vicus & portus in Epiro; hanc lectionem præfero: quia ex Corcyra transfretanti in Epirum, hic locus commodissimus erat.

Pag. 19. l. 4. *Achilon*] Nullus dubito, quin oppidum quoddam ad Acheloum flumen, vel non procul inde situm significetur, forte

L Arach-

Digitized by Google

Arachtus: nam à flumine, Achilon dici videtur, saltem Benjaminis seculo. Confirmatur per distantiam proximi oppidi Natolicon, quod Ptolemæo Azylea. Sane optime cum descriptione sequenti convenit. Sono tamen magis Achilon cum Alcipo congruit.

Lin. 8. à fin. *Crissam*] In textu est קריש *Kores*: ubi nihil Scaliger; rectè tamen A. Thysius junior è locorum distantiis Crissam esse observavit. idque montis Parnassi situs confirmat.

Pag. 20. l. 24. *Aegryphou*] Situs & distantia exigunt, ut Oropum Ptolemæi esse dicamus; vel vicinam Negroponte, quæ Ptolemæo Chalcis.

Lin. 4. à fin. *Iabusterisam*] Quæ sit ista Jabusterisa & Robinca, per quas triduo ab Ægriphou in Valachiam pervenire potuit, non facile dixerim: videtur tamen Valachiam latius extendere, quia Græciæ vicinam facit, qua ratione iter brevius fuerit. Sed mire depravata nomina iter ferme Constantinopolin usque obscurius reddunt. Conjecturis multis hic indulgere nolo: doctis etiam hic hærere aquam video. Ortelius ipse cum Armilonem, cujus in hoc Constantinopolin versus itinere fit mentio, describere vult, Theodosiam esse arbitratur in Taurica Chersoneso. Hoc fieri non posse ullo modo, satis

è situ

Digitized by Google

è ſitu liquere autumo. Hæc ideo, ne in ignotis nimium nos fatigemus: præſertim in tam vano ſcriptore.

Pag. 22. l. 19. *Seleuciam*] Plures ſunt civitates, quæ eodem hoc nomine veniunt: ſed quænam hæc ſit, docet itineris inſtituti ratio. Itaque ea eſt, quæ Conſtantinopolin in hoc itinere præcedit. At talis Seleuciæ non recordor: non tamen nego quin Seleucia hic alicubi fuerit, cum Seleucus Antiochi filius novem Seleucias condidiſſe feratur. Verum Seleucia quam Seleucus unus ex Alexandri primariis ſucceſſoribus condidiſſe legitur, non hic, ſed procul in Aſia quærenda eſt.

Pag. 23. l. 11. *Caniſtolin*] Caniſtolis videtur, quam vulgò *Caniſtro* dicunt: ubi Ptolemæus habet Canaſtreum promontorium.

Lin. 17. *Inter montes*] Quis has nugas ferat? Propontis Conſtantinopolin & Abydum interjacet, lacus vel mare aliquod: noſter inter montes eò tendi perſuadere conatur. Tranſmittenda navibus Propontis; non verò terreſtri itinere inter montes eò tenditur. Sed loca, locorumque diſtantias, & circumſtantias itinerum ex auditu quoque referre videtur; niſi ipſe etiam finxerit. Quare ſingulis refutandis non immorabor.

Lin. 6. à fin. *Præpoſitus*] אפריפוס eſſe Præpoſitum, cum evincunt ſequentia, ubi ſimiliter

Digitized by Google

Latina & Græca vocabula; tum etiam ipſæ literæ: nam quod dicendum fuiſſe videatur פריפוס, non אפריפוס, neminem movere debet; ſiquidem hoc paſſim in Orientalium ſcriptis videas, ut ſicubi peregrinæ voces à litera ſçevata inchoentur, iis א ſive lenem aſpirationem ad commodiorem pronunciationem præmittant. Tale eſt אספקלטור *ſpiculator*, & ſimilia. In ſequentibus nominibus præivit mihi magnus Scaliger.

Pag. 25. l. 9. *Medio templo*] Hæc de templo Sophiæ accipienda: nam quæ interſeruntur de multis templis, per parentheſin dicta cenſentur. Suſpicor tamen cùm ex orationis ſerie ac contextu, tum ex iis quæ ab aliis narrantur; pagina præcedenti lin. penult. pro במות legendum בבות à בבא *porta*. Nam ſeries, unum templum deſcribi edocet: & vetus eſt fabula, templum Sophiæ tot habere portas, quot ſunt dies anni. Hinc etiam videmus noſtrum falſa veris immiſcere, & ea quoque quæ non vidit ut perſpecta narrare. Alioqui ſi במות retineas, *fana* vertendum: nam ita paſſim, & hoc loco eandem vocem à noſtro uſurpari ex eo etiam conſtat, quod Sophiæ templum במה ipſi dicatur.

P. 29. l. 12. *Rodoſton*] Olim dicebatur Perinthus. Urbs vicinæ Thraciæ, in Propontidis littore: quemadmodum ad Helleſponti

ſequen-

Digitized by Google

ſequentis ripam ſunt ſequentes Gallipolis (Ptolemæo Callipolis) & Calas (Ptolemæo Cylla.) Quod verò æquales diſtantias inter Rodoſton & Gallipolin, atque inter Gallipolin & Calas ſtatuat, fidem non meretur.

Pag. 30. l. 9. à fin. *Corucum*] Eſt Ciliciæ oppidum: cum verò Armeniæ hîc initium ſtatuit, intellige Armeniam minorem.

Pag. 31. l. 12. à fin. *Pitivini*] Hunc Pitivinum facit Papam, id eſt, Patriarcham Antiochenum. At quis ſit iſte Pitivinus, nemo facile dixerit. Itaque omnino exiſtimo ſcribam ex *vau* feciſſe *jod* facilimo inter ſcribendum lapſu; ſimiliterque *beth* & *caph* literas quam ſimilimas permutatas conjicio; denique primum *jod* eſſe indicium puncti dageç, in quod *nun* ſçevatum degenerare ſæpiſſimè ſolet, autumo. Ergo pro פיטיבין ſcribo פיטוכין: id ſonat Pitteuchen; & manente נ *nun*, Pinteuchen. Jam porrò an talis Patriarcha fuerit, & quidem Benjaminis ſeculo, expendamus. Benjamin ſeculo duodecimo vixit, uti initio expoſui; præterea ſub Emanuele Græcorum Imperatore, uti p. 25. teſtatur: at ſeculo duodecimo Patriarcha Antiochenus fuit quidam Sotericus Panteuchenus, quem officio movit idem ille Imperator Emanuel propter peculiarem quandam opinionem, quam Epiſcopus ille in officio Jeſu Chriſti foviſſe fer-

Digitized by Google

tur. Quis non videt, Pinteuchen & Panteuchenus inter se convenire? Et passim Judæos, peregrina sibi nomina proferentes, majori etiam differentia id facere videas. Quocirca huic meæ sententiæ, donec quis meliorem docuerit, meritò mihi inhærere videor.

Pag. 33. l. 3. à fin. *Beeroth*] Ubi hæc atque similia lego, vix Benjaminem in terra sancta fuisse mihi persuadeo. nam p. 31. Jaboc ad Antiochiam; pag. 33. initio filios Ammon ad septentrionem terræ Canaan; & jam sub finem ejusdem paginæ Beeroth ferme in Meditullio sitam, apud Sidonem, dum eam cum Biroth eandem facit, collocat. Num hæc fidem invenient?

Pag. 37. l. 1. *Nitida*] Posset חפה etiam reddi *portuosa*; quia חף *portus*: sed hujusmodi derivatio ita Hebræis in usu non est, ut Latinis quidem atque Græcis. Non tamen omninò displicet. Quomodocunque vertatur, epitheto quodam distinguenda hæc civitas maritima ab altera Gad trans Jordanem.

Lin. 21. *Capernahum*] Scribitur כפר נחום, unde noster exponit per *vicum consolationis*: non desunt tamen qui כפר נעם scribant, ac si amœnitatis vicum dixeris. Nam in Græco καπερναοὺμ, ubi tam ע quàm ח elisa dici potest. Vera tamen & consueta prior lectio. Sed majoris momenti quod rem ipsam concernit: ut

ut quum de ſitu agitur. Hic ſeſe dubium offert in hac Benjaminis ſententia הוא מעין מקום על הכרמלי, quam reddidi, *ipſum carmelum primo aſpectu ſuperare videtur* : cui verſioni & vox compoſita מעין & res ipſa favent. Nam מעין *ex oculo* formulam eſſe, quâ rei apparentia, externa ſpecies & ſimilitudo ſignificatur, neminem in Rabbinorum ſcriptis verſatum negare exiſtimo: etenim ut alia prætereàm, codex Berachoth multa exempla ſuppeditat. Notio hinc deſumpta, quod oculus rei ſimilitudinem &c. dijudicet. Loci etiam conditio aſtipulatur: nam præſtantiſſimam iſtius regionis conditionem Joſephus l. 3. de bell. Jud. c. 35. ſatis ſuperque delineavit. Verumtamen ubi Joſephi quædam verba diligentius expendo, alia in mentem venit iſtius ſententiæ Benjam. expoſitio. Inter alia Joſephus dicto loco in hæc verba loquitur, Regio πρὸς τῇ τῶν ἀέρων εὐκρασίᾳ, καὶ πηγῇ διάρδεται ποτιμωτάτῃ, Καπερναοὺμ αὐτὴν οἱ ἐπιχώριοι καλοῦσι, *præter aëris præſtans temperamentum & fonte irrigatur præſtantiſſimo, quem Kapernaum indigenæ vocant.* Quid ſi igitur huc reſpexerit Benjamin, atque ejus hæc mens fuerit? *eſt fons loco quodam ſupra Carmelum.* Nam מעין *fons* : & locus ac regio ſuperior eſt Carmelo, id eſt, multo altius ad orientem aſcendens, quam Carmeli mons in præcedentibus deſcriptus. Hic fons vel in ipſa

civitate fuit, vel ei proxime adhæsit; utpote à civitate nomen mutuatus. quin etiam civitas secundum hanc expositionem fons esse dicitur. Ista optime quadrant in eum qui istic etiam habitare voluit: nam ab ipso omnis נחם *consolatio*, utpote qui omnibus calamitatibus nostris remedium præstet; ipse etiam מעין *fons* aquæ vivæ, utpote qui sit veritas & vita. Quomodo istam incolendo urbem, Esaiæ c. 9. prophetiam impleverit, pluribus docui notis illis quas Grammaticæ Mosis Kimchi jam olim inserui pag. 151. & seq. Cæterum quum civitatem fontem esse asserit, idem est ac si nihil ex illa civitate præter fontem reliquum esse diceret: quod sane cum minis illis convenit, quas legere est Mat. c. 11. 23. Olim erat emporium celebre ob sitũ commodissimum inter tribus quibus cingebatur: quo ad Jordanẽ & mare Genezareth ita conditum erat, ut in orientales tribus ac regiones transitum præberet. Sed hodie, quemadmodũ oculati testes perhibent, vastatum est ut paucula tuguria & domunculæ tantum supersint. Quò authoris nostri verba etiam spectare autumo, quum fontem esse dicit. Tandem observari velim על הכרמל *supra Carmelum* de alto civitatis loco, non verò sola præstantia & situ magis orientali accipi posse: ut huc alludant Christi verba, ἡ ἕως τοῦ οὐρανοῦ ὑψωθεῖσα. Matth.

Matth. 11. ℣. 23. *quæ usque ad cœlum exaltata.*

Pag. 38. l. 8. à fin. *Mosaicæ observatores*] Hi Cuthæi à Rege Assyriæ in Canaan missi Nergalem suum colebant; sed leonibus à Deo immissis, metu perculsi eò saltem perducebantur, ut Deum una cum idolo suo colerent 2 Reg. 17. Verum evenit sequentibus temporibus, ut relicta idololatria illa crassiori, Dei legibus per Mosen traditis propius adhærerent. Idque tum imprimis factum opinor, cum Sanballathus Cuthæus genero suo gratificaturus (qui nisi filia patri remissa de sacerdotio periclitabatur, quod hujusmodi matrimonium sacerdotali generi probrosum & indecens haberetur) genero inquam aliud sacerdotium paraturus, templum in monte Gerizzim, venia ab Alexandro magno impetrata, extruxit. Nam generi societate adductus potens Sanballathus cum subditis idololatriam magis fugisse videtur. Licet Judæi odio Cuthæorũ iis idololatriam manifestam ascribant, cod. עבוד' זרה f. 27. p. 1. מל לשם הר גריזים *circumcidit* scilicet Cuthæus, *in nomen montis Gerizzim.* Hoc quid sit explicat S. J. pagina præced. cum inquit, מל לשם דמות יונה שמצאו בראש הר גריזים ועובדים לה עבודה כדאמר בהכל שוחט׳ ומלין את בניהם לשם יונה, *circumcidit in nomen imaginis columbæ, quam invenerunt in cacumine montis Gerizzim: cui cultum exhibent, uti dicitur cap.*

 omnes

omnes mactant, *Et circumcidunt filios suos in gratiam columbæ.* Hac de re vide etiam Bartenoram c. 7. sect. 1. codicis primi Talm. Quicquid dicant, posterioribus temporibus idololatria deferbuit. Itaque legem Mosis (eamque solam) recipiebant, atque ex ejus præscripto multa faciebant: nam offerebant & cultũ Deo præstabant uti hic videmus; sed ex loco quodam male intellecto, in monte Gerizzim. Unde lucem accipit Samaritanæ sermo ad Jesum Joh. 4. 20. *Patres nostri in hoc monte adorarunt.* Designabat montem hunc apud Sichem, de cujus situ noster Benjamin. Quum verò postea tribus literis eos carere scribit, id M. Scaliger contra Serarium agens improbat c. 16. *Nam ipsi*, inquit, *manu sua & totum Alphabetum nobis descripserunt, & nomina Patriarcharum iisdem literis ad nos miserunt.* Denique hoc de nomine addam, Judæos Gentiles & nos omnes Cuthæos vocare, atque eos opponere Israëlitis sive Judæis; quod passim in ipsorum scriptis videas. inspice modo Maimonid. de damnis pecuniariis c. 10. sent. 9. & D. Kim. Es. 24. 16. Non tamen me latet quandoque Cuthæum strictius accipi, ut medius sit inter Judæum & Gentilem: exem. gr. quum כותי *Cuthæum* & ארמאי, id est, *Gentilem* à Judæis & inter se distinguunt. quod prçter alia loca edocet Gemara Babyl. Codicis de Idololatria fol. 26. p. 2.

Pag.

Pag. 41. l. 1. *Oppidum exiguum*] Ne quis hic erret, quasi ex priscis Hierosolymorum reliquiis ac ruderibus aliquid supersit. Cum respublica Judæorum deleta & urbs templumque vastata fuissent, Ælius Adrianus Imperator ulterius progressus fuit, atque Judaicæ rebellionis occasione hoc operam dedit, ne vel minimum ex antiquis ædificiis ac muris remaneret. Tum demum impleta omninò illa Servatoris nostri prophetia Matt. 23. 38. cum urbis primates alloquens ita concludit *relinquetur vobis domus vestra deserta*, &c. Nam antecedentia, quibus urbis præfectos politicos & ecclesiasticos alloquitur, domum hic totam urbis structuram significare edocent. Atque ut illa urbis & ædificiorum eversio magis constet, Nicephori verba, quibus eam describit, ascribere non gravabor. Itaque l. 3. c. 24. in hanc sententiam loquitur (Græca ad manus non sunt, ideo Latina subjicio) *Hadrianus quæcunque ex vetustis ædificiis reliqua adhuc fuerant, diruit prorsus, & solo ita æquavit, ut ne lapis quidem super lapidem permaneret.* & paulo post, *Civitatis pomœriis plurimum contractis, denuò eam suo sub nomine excitavit: & appellatione sua ei imposita, Aeliam vocavit.* non eodem spatio conditam; sed alio, quod vel l. 18. p. 44. agnoscit noster, cum Tsionem extra civitatem collocat, quæ olim in ipsa fuerat.

rat. Muri ergo aliaque de quibus cum noster, tum alii in scriptis suis agunt, ex recentiori sunt structura, quam ut ad ea tempora referamus, quibus respublica Judæorum stetit. Hic quidem subsistendum in succinctis notis videbatur; verum quia eo modo Hierosolyma describit noster, ac si in ea urbe suo tempore hęc adhuc reliqua fuissent; nonnulla ex turri Davidis, palatium Salomonis, murus Templi occidentalis &c. ideo ex antiquiore etiam scriptore nugas istas refellam. priora suffecissent; sed sequentia robur addent. Josephus Judæorum doctissimus, ubi de clade Hierosolymitana agit, ἁλώσεως l. 7. c. 1. hæc inter alia scribit, κελεύει Καῖσαρ τήν τε πόλιν ἅπασαν, καὶ τὸν νεὼν κατασκάπτειν, *jubet Cæsar, totam urbem & templum funditus evertere.* Deinde tres turres Phasaelum, Hippicum, & Mariammen excipit, atq; aliquam muri urbis partem. Itaq; subjicit, τὸν δ᾽ ἄλλον ἅπαντα τῆς πόλεως περίβολον οὕτως ἐξωμάλισαν οἱ κατασκάπτοντες, ὡς μηδὲ πώποτ᾽ οἰκηθῆναι πίστιν ἂν ἔτι παρασχεῖν τοῖς προσελθοῦσι, *totum vero reliquum civitatis ambitum ita complanavere qui eam evertebant*, *ut ne quidem unquam habitatam fuisse, fidem amplius faceret accedentibus.* Ubi ergo istæ Benj. structuræ? Nedũ ut post Adriani factum supra commemoratũ remanserint. Quid de illis reliquiis post Adrianum? cum ab Eleazaro apud Jos. ἁλώς. l.ult.

c. 34.

c.34. p. edit. Græcæ 911. cladem lugenti, de urbe inter alia dicatur, προῤῥιζος ἐκ βάθρων ἀνήρπασται, *radicitus è fundamentis evulsa est.*

Pag. 42. l. 9. à fin. *Aedes sancta*] Vehementer errat cum Templum sepulchri Domini nostri eo loco collocat, ubi Ædes sancta quondam structa fuit. Nam templum illud ab Helenà in Calvariæ monte, loco istius fani Veneris ab Adriano constructi, erectum fuit. Nam Adrianus pro veteri Hierosolyma novam condẽs, alio quodammodo loco ac spatio ita eam construxit, ut Calvariæ montem includeret. Satis ergo remotè ab Ædis priscæ loco, hoc templum situm est. Quum verò subjicit, Omarem filium Elcitabi in propinquo fornicem ædificasse, jam dicta confirmat. Uti enim conjicimus ex Elmacino, ubi de hoc fornice agit l. 1. histor. Sarac. c. 3. non procul à fine; templum istud, cui fornicem adjecit, in Calvariæ monte fuit: siquidem ibi vocatur كنيسة القيامة *templum resurrectionis*; atqui Servator in Calvariæ monte surrexit. Porrò ubi Elmacinus ab Omare eum locum templo extruendo delectum dicit, in quo Deus cum Jacobo locutus sit; hoc ita forte accipiendum, quemadmodum Talmudici Deum velluti Hierosolymis cum Jacobo loquutum enarrant: ubi scalam Jacobi media sui parte Hierosolymis, supremâ Betheli respondisse ferunt.

Digitized by Google

ferunt. Itaque Bethelem esse Hierosolyma affirmant: quod interpretes hoc pacto excusant, ut istum scalæ situm respexisse dicantur. Sed hujusmodi, aliis occasionibus reservemus atque in instituto pergamus.

Pag. 43. l. 2. *Visitur murus*] Hunc errorem testimoniis eversum habes iis quæ ad p. 41. l. 1. dicta fuere. Ex abundanti tamen insigne Dei judicium adjiciam, quo impii Juliani & Judæorum conatum frustratus fuit, dum templi vetera etiam fundamenta miraculo quodam eruit. Nefarii Iuliani auctoritate muniti Iudæi, templi restaurationem moliebantur; sed (ut inquit Socrates Eccl. Hist. l. 3. c. 17.) διὰ τῆς νυκτὸς σεισμὸς μέγας ἐπιγενόμενος, ἀνέβρασε τοὺς λίθους τῶν πάλαι θεμελίων τοῦ ναοῦ, καὶ πάντας διέσπειρε, σὺν τοῖς παρακειμένοις οἰκήμασι, *noctu ingens terremotus excitatus, lapides veterum fundamentorum templi, ardore absumpsit, omnesque dispersit cum ædificiis in proximo sitis.* Similia habes apud Sozomenum Hist. Eccl. l. 5. c. 21. ubi sub finem etiam rem ut jam nuper factam testimonio oculatorum testium confirmat; dum adhuc vivere eos asseverat, qui ab oculatis testibus acceperint. Atque validam subnectit rationem ab experientia desumptam: quod Iudæi opus inchoatum, licet tanta muniti auctoritate & potentia, relinquere & ab incœpto desistere coacti fuerint. Quocirca beatus Chry-

Digitized by Google

Chrysostomus inter miracula quæ suis temporibus edita sunt, hoc etiam commemorat homilia in Matth. 4. pag. edit. Commel. 28. τῶν Ἰουδαίων τὸν ἐν Ἱεροσολύμοις ναὸν ἀναστῆσαι ἐπιχειρούντων, πῦρ τῶν θεμελίων ἐκπηδῆσαν ἅπαντας διεκώλυσε, *Iudæis templum Hierosolymis ædificare conantibus, ignis de fundamentis exiliens omnes prohibuit.* Nam Sozomenus & Socrates igne etiam opus prohibitum fuisse commemorant.

Lin. 16. *Etiamnum canalis*] Canalem in stabulis Salomonis non collocat; sed Hierosolymis superesse narrat: nam sic noster diversa quandoque conglomerare solet. De canali vide, si lubet, quæ pluribus exposui & authoritatibus illustravi p. 109. & 108. codicis Middoth.

Pag. 46. l. 3. *Argento auroque*] Cui totam hanc fabellam persuadebit? Atque ut de structura hac solummodo agam, legimus quidem in Templo thesauros reconditos fuisse: ideo (l. 2. Machab. c. 3.) Simeon quidam ad Apollonium thesauros indicaturus profectus Heliodorum evocavit, qui illum raperet atque ad Seleucum regem deferret: licet divina potentia hoc impeditum fuerit. at de arcis speluncæ, mensa coronaque aurea, auro & argento quibus palatium quoddam sepulchrale in spelunca tegeretur, nihil extat fide dignum.

Digitized by Google

dignum. Similiter è ſepulchro Davidis Hyrcanus,cum aliunde non poſſet, pecuniam ſibi congeſſit, quam in uſus neceſſarios converteret : quemadmodum Ioſephus narrat Ἁλώσ. l.1. c. 2. pag. edit. Gr. 663. τὸν Δαυίδου τάφον ἀνοίξας, ὃς δὴ πλουσιώτατος βασιλέων ἐγένετο, καὶ ἀνελόμενος ὑπὲρ τρισχίλια τάλαντα χρημάτων, τόν τε Ἀντίοχον ἐπανίστησι τῆς πολιορκίας πείσας τριακοσίοις ταλάντοις, καὶ δὴ καὶ ξενοτροφεῖν πρῶτος Ἰουδαίων ἐκ τῆς περιουσίας ἤρξατο, *aperuit Davidis ſepulchrum, qui regum ditiſſimus fuerat, & ablatis pluſquam tribus millibus talentis pecuniarum, cum Antiochum ab obſidione movit, trecentis id ei perſuadens talentis; tum etiam primus Iudæorum peregrinos milites è ſuperfluis opibus alere incœpit.* Non eſſe dubium exiſtimo, quin ſi alicubi in ſpelunca ſceptrum menſaque aurea,& corona aurea,denique aliud quod narrat Benj. aurum, atque argentum fuiſſet, Davidis ſepulchrum ingreſſurus non fuerit.

Pag. 47. l. 11. à fin. *Dimidium milliare*] Si vera dicat Benjamin, jam ſolutam habemus obſcuriorem illam quæſtionem de כברת הארץ c. 35. Gen. ℣. 16. Cum Iacob Bethele diſcederet, atque Ephratæ jam appropinquaret, peperit Rachel Benjaminem: in cujus partu mortem obiit. Hoc eveniſſe, quum ſupereſſet adhuc כברת הארץ ut pervenirent Ephratham, narrat Moſes. Quantum iſtud ſit ſpa-

Digitized by Google

tium disputant interpretes ; nam inter Ebræos etiam est sententiarum diversitas, dum hic milliare, alius parasangam, nonnemo etiam σταθμὸν sive diurnum iter significari contendit; nec desunt qui certum designari spatium pernegent. Consulantur Abrabaniel, S. Jarchi, D. Kimchi, & R. Bechai. Verum primò notanda verba commatis 19. *Ephratha est Bethlehem.* Distabat ergo à Bethlehem כברת הארץ: atqui R. Moses f. Nachman, se oculis suis vidisse testatur, distantiam inter Bethlehem & Rachelis sepulchrum eam esse, quæ milliari contineatur. Ita enim R. Bechai ad Gen. 35. 16. העיד הרמב״ן ז״ל כי ראה בעיניו שאין ממצבת רחל לבית לחם אפילו מיל, *testatur R. M. f. Nachmanis inclytæ memoriæ, suis se oculis vidisse, non esse inter statuam Rachelis & Bethlehem ne quidem milliare.* Ergo כברת ארץ, si כ sit servile ut quibusdam placet, est *tanquam milliare terræ:* sensus, milliare circiter intercessisse inter cippū istum & Bethlehem. Ideo Benjamin inquit כחצי מיל *dimidium circiter milliare:* sed cum præmittit קרוב, plusquam dimidio milliari dissita illa loca fuisse indicat. Nam prope esse dicit circiter dimidium milliare; non vero remotum circiter dimidium milliare: illo distantia dimidio milliari major; hoc vero minor significatur. Itaq; spatium dimidio milliari longius, integro milliari brevius denotari, è testi-

M monio-

moniorum collatione liquet. Hujuſmodi ergo longitudo voce כברת indigitatur, ſi כ ſit radicale: ſin vero ſervile, ברת erit milliare, quia adhuc veluti ברת reſtabat, inquit Moſes; quaſi dicas, non tota diſtantia ברת, ſed eò quodammodo pertingebat. Si phraſes eo modo propriè accipiantur, in interpretum & horum hiſtoricorum ſcriptis, jam liquere exiſtimo, quid illo Moſis dicto contineatur. Alia quidem hic expendi poſſent; verum ea petantur è doctiſſimo & elegantis ingenii viro D. N. Fullero, Miſcell. l. 2. c. 15.

Pag. 49. l. 2. à fin. *Schunem*] Quam hic errat! verſatur adhuc circa Hieroſolyma, ut narratio evincit; at Schunem eſt circa Aphec & montem Gilboah, ut liquet è 1 Sam. 28. 4. & hiſtoria ibidem ſequenti. Ex hoc & ſimilibus erroribus conjecturam facite lectores, quam fidem noſter mereatur. In præcedentibus multos ipſius lapſus obſervavimus: quid ab ipſo expectandum, ubi minori cum reprehenſionis periculo in remotioribus locis lectori imponere poteſt? Porro ex priori illo errore deinde promanat alter, quum Schunem ipſi tribus paraſangis Schilunte diſtat. Sane hic error excuſari nequit: nam ubi fuerit Schunem è dictis liquet; & nemo paulo in S. literis exercitatior locum Schiluntis ignorat, ut qui verſus auſtrum à civitate Schunem

Digitized by Google

nem multis paraſangis procul abfuerit.

Pag. 52. l. ult. *Decurſus*] Hinc maximam lucem accipit comma ultimum c. 4. Deuter.

Pag. 56. l. 11. à fin. *Caput Senatus*] De ordine ſedentium in ſenatu, de capite & principe ſenatus aliiſque notatu dignis conſule doctiſſimum Coch in Sanedrin p. 39. & ſeq.

Pag. 57. l. 4. à fin. *Aſmodæo*] De hoc Diabolorum principe dixi in notis ad Danielem p. 146. ideoque non repeto.

Pag. 58. l. 17. Ne quem offendat ab Arabibus diſtingui Iſmaëlitas: nam Judæis Iſmaëlitæ quandoque generaliter dicuntur, qui Muhammedi fidem habent; quandoque omnes ac ſoli Arabes; denique ſoli Iſmaëlis poſteri, qui ab Arabibus genuinis vocantur المستعربة.

Pag. 58. l. penult. *Hominum millia*] Pagina 32 & 33. alius terræmotus Tripoli & in Judæa contigiſſe legitur; hic iterum Hamathæ ultra Jordanem: adeo ut hæc loca calamitate iſta aliqnoties afflicta fuerint. Imo etiam ad plurimos dies: quemadmodum narrat Elmacinus Hiſt. Sarac. l. 1. c. 2. ſub finem, dum ait, في السنة الثالثة عشر الهجرة عرضت رجفة شديدة بارض فلسطين ثلثين يوما وزلزلت الارض, *Anno decimotertio*

motertio Hegira contigit terræmotus ingens in regione Palestina per triginta dies, quibus contremuit terra. Lib. eodem c. 13. tantum Antiochiæ dies quadraginta terræmotum fuisse scribit, ut urbem everteret.

Pag. 60. l. 5. à fin. *Duobus hinc itineribus*] Si verum dicit Benjamin, errant qui Haranem esse Charras Crassi clade nobiles affirmant: Charræ enim ad Chaboram flumen longe à fonte decurrens sitæ sunt; at Haran, ut testatur noster, superiori loco longe etiam (scilicet biduo) à fluminis ortu distat. Si prior sententia obtineat, Haran est quam nunc Orfam & Ophram vocant. At si nostri Benjaminis sententia admittatur, è situ constabit Haranem esse Edessam Ptolemæi. Quæ à Syris Magog nuncupatur: de qua Ezech. 38. & 39. adeoque hinc liquet Ezechielem etiam de Seleucidis agere, qui istum tractum post Alexandri obitum obtinentes Judæis multa mala intulere. Quod verò flumen Haborem sive Chaboram in Mediam tendere asserit Benjamin, in eo admodum falli norunt omnes qui Ptolemæum aliosque Geographos inspexerunt. Inter Mediam & Mesopotamiam ubi Chaboræ fons & origo flumen Tigris interjacet, quo Euphrates fluvius est occidentalior, in quem Chaboras influit.

Pag. 61. l. 12. *Noachi arca*] Hæc quæ hoc loco

Digitized by Google

loco ab autore noſtro ſcribuntur, ut de ſede qua arca quievit amplius dubitemus, non ſinunt: ſiquidem in iſto montium Ararat ſpatio reſedit, quod quatuor milliaribus ab inſula filii Omaris abeſt; quæ inſula f. Omaris inter Mozalem, cis Tigrin contra antiquam Niniven ſitam, & Niſibin media, ab utraque diſtat itinere bidui. Porrò quum inſulam iſtam proxime ad montes Ararat in Tigride ſtatuit, Ararat non procul à Tigride collocat. unde liquet Ararat eſſe quem Gordiæum Ptolemæus aliique vocant. Quod omnino confirmatur his Elmacini verbis l. 1. Hiſtoriæ Saracen. c. 1. ſub finem, quum ita de Heraclio,

صعد الي جبل جردي ونظر الي موضع الفلك

aſcendit in montem Gordi & aſpexit locum arcæ, ſcilicet Noæ, ut ibi præcedit. Itaque arca, cum in Ararat eſſet, erat in Gordiæo monte. Vide, quam expedita hæc omnia de quibus multi diſputant, atque hinc illuſtratur comma 4. c. 8. Geneſ. Cæterum ſi cui lubeat aliorum etiam ea de re conferre ſententias & diſcurſus, conſulat judicium doctiſſimi viri Nicolai Fulleri c. 4. l. 1. Miſcell. ſimiliter doctiſſimi VVil. Schikardi Tarich pag. 27.

Pag. 61. l. 6. à fin. *Almozal*] Hæc non eſt ipſa Ninive; ſed ab altera fluminis parte condita è regione ruderum Ninives, ita ut

M 3 Tigris

Tigris interfluat. Eſt enim ad occidentem Tigridis:ut Nubienſis Geographus ſexta parte climatis quarti teſtatur,quum paucis verbis locum deſcribit,quæ percepiſſe forte juvabit.
الموصل مدينة على غربي الدجله ولها رساتيق عظيمة وكور كبيرة منها رستاق لبنى وهي مدينة قديمة وهي من شرقي دجله , *Mouſal eſt urbs ad occidentem Tigridis, cui ſunt regiones amplæ, & provinciæ magnæ: quarū eſt regio τῆς Linu, quæ eſt urbs antiqua, eademque ad orientem Tigridis.* Hinc jam liquet,quum hic multis regionibus dominatam teſtetur, olim meritò ipſam proprios reges habuiſſe: de quibus Zacuthus in Jouchaſin cum alibi, tum f. 149. p. 2. *Obiit Cateb Eldin filius Zingi* מלך מוצל ומלוך תחתיו סיף אל דין בנו *rex Moſalis, & regnum ejus loco obtinuit Siph El-din filius ipſius.*

Pag. 62. l. 1. *Phelec*] Totum epitheton Arabicum eſt & ſcriberetur برهن الفلك quod ſonat, *examen ſphæræ cœleſtis.* Senſus, Joſephum iſtum inſignem fuiſſe aſtronomum, qui in orbes cœleſtes, eorumque motus inquireret.

Pag. 64. l. 3. *Religionis antiſtes*] Caliphæ in politicis & eccleſiaſticis ita ſe gerebant, ut in utroque genere per ſe quoque quæ agenda erant

erant exequerentur: adeo ut etiam conciones ſacras haberent. quod non ſolum ex Elmacino liquet; ſed etiam noſtro autore, qui pag. 68. circa medium, id ipſum enarrat. Cæterum hunc Calipham ex Abaſidis fuiſſe paulo ante narraverat: qui Abaſidæ Ommiadis ſucceſſerant, ut ex Almacino conſtat. Et Caliphæ cum antea alias ſedes haberent, tandem Bagdadum ſe contulere: unde in loca ac regiones ſibi ſubjectas imperium exercebant. Idque abſoluto dominio, donec filii Boujæ è poſteris Jizdegird Perſarum regis regnarent: qui Calipharum quidem ſucceſſionem & ſeriem Bagdadi non impediverunt; ſed ea ratione ac modo, ut iſti nomine tenus ferme regnarent, ſumma vero poteſtas penes Boujæ poſteros remaneret. Quam hiſtoriam ſatis accurate Zacuthus in Jouchaſin nobis reliquit. De imminuta Chalipharum poteſtate f. 147. p. 2. adhunc modum, לא נשאר לכליפה דבר אלא מה שהיה רוצה לתת לו מעז אל דולה *nihil relinquebatur Caliphæ, niſi quod ipſi dare volebat Maaz El Doula* è Boujæ proſapia. Et f. 152. p. 1. בראשית מלכי הישמעאלים באו מלכי בני בויה אשר היו צפוניים מבני מלך פרס ויסירו כבוד הכליפ' כאשר כתבנו עד בא אלו התאתרים, *initio regum Muhammedanorum venerunt reges poſteri Boujæ (qui Aquilonares erant) è proſapia regis Perſidis; & abſtulerunt gloriam Calipharum (uti ſcripſimus) donec venirent*

 hi

Digitized by Google

bi Tatari. Quod de Tataris ſubjicit, iſtorũ Caliphарum interitum ſpectat: nam Tatarorum regis frater Bagdadum ingreſſus urbem vaſtavit & ultimum Calipham occidit, ut narratur ſub finem folii 151. ubi de Calipharum interitu hæc ſubjungit, ומהיום ההוא והלאה לא היה עוד כליפה כבגדאד ונפסקה שלשלת העבאסיים והם חמשה ושלשים, *atque ab eo die & deinceps non fuit amplius Calipha Bagdadi; & præciſa fuit catena ſive ſeries Abaſidarum, qui fuerant triginta quinque.*

Pag. 64. l. 8. *Ahmed*] Quum excuſorum codicum antiquiſſimum nactus, qui M. T. Erpenii fuerat, in margine notatum inveniſſem Achmed & in textu linea ſubductum nomen חאפצי; tanti viri autoritatem, qui Calipharum in ſuo Elmacino hiſtoriam ac ſucceſſionem ignorare vix poterat, ſecutus fueram: ideoque ipſius אחמד pro altero ſubſtitueram. Verum jam accuratius illam Calipharum ſeriem examinans, utrumque, puta Benjaminem & eum qui in margine nomen immutaverat, ſive Erpenius fuit, ſive potius (uti omnino jam credo) alius à quo ille librum acceperat, utrumque inquam errare deprehendo. Cum Hiſtoria Saracenica quatenus excuſa eſt, hactenus non pertingat, non aliunde certius quam è Jouchaſin veritatem hauriemus. Benjamin ex itinere rediit, prout antea aliquoties

ties annotatum fuit, anno Servatoris 1173. atqui ab anno millesimo centesimo quinquagesimo primo ad annum millesimum centesimum septuagesimum sextum Calipha fuit Muktephi. Abraham Zacuthus in Jouchasin f. 149. hæc distincte annotat. על ראשיד כליפה נאספו כל השופטים וחכמי הישמעאלים ויסירו מהכלאפה שנת תק״ל וימליכו את מקתפי בן מסתטהר *contra Raschidum Calipham convenerunt omnes judices & sapientes Arabum & removerunt ipsum Caliphatu, anno 530. & regem crearunt Muktephim filium Mustatharis.* Tempore Benjaminis non regem חאפצי vel אחמד; sed regem מקתפי habemus: id est, Muktephis rex fuit, non Chaphits aut Achmed. Annus enim Hegiræ primus, est æræ Christianæ sexcentesimus vigesimus secundus: quibus si addas 530. id est, numerum in illo Zacuthi testimonio annotatum, ad annum Christi 1151. pervenies. Tum Muktephis regnare incœpit, & multis annis imperavit, ad annum Hegiræ quingentesimum quinquagesimum quintum: adhunc modum enim Zacuthus subjicit eodem folio, בשנת תקנ״ה מת מקתפי כליפה, *anno 555. obiit Muktephi Calipha.* Qui annus 555. æræ Arabum incidit in annum Christi æræ vulgaris 1176. Unde liquet toto peregrinationis Benjaminis tempore nullum fuisse Calipham & regem (uti vocat) in urbe Bagdad, qui חאפצי

 voca-

Digitized by Google

vocaretur. Verumenimverò cum in erroris causam inquiro, hanc deprehendo, quod in Ægypto Muktephis tempore etiam חאפט quidam rerum potitus sit. Quemadmodum Zacuthus in Jouch eodem loco inter ea quæ tempore Muktephis evenere, illius regnum narrat, במצרים מת אל אמיר וימלך אל חאפיט לדין אללא בנו תחתיו, *in Aegypto mortem obiit Elamir, & regnavit El-Chaphit Ledin Alla ipsius filius loco ejus.* Hic tamen Benjaminis tempore regnasse non videtur, sed paulo ante; ejus verò tempore, si successorum seriem expendamus, in Ægypto regnasse videtur El-Phaïz. Unde clarius apparet, quod jam in præcedentibus monui, Benjaminem istis omnibus locis non fuisse, quæ tamen se lustrasse scribit. Nam si Bagdàdi fuit, quî Abassidæ illius, qui tum Calipha erat, nomen ignorare potuit? Sane si quisquam ea in urbe innotuit, Calipha potissimum. Ex his & similibus lectores conjiciant, an fidem ille mereatur, quum de gente sua passim ea commemorat, quæ in eum finem excogitata, ut ℣.10. c.49. Geneseos detorqueatur, meritò quis suspicetur.

Pag. 65. l. 6. *Ex hoc pretio edit*] Sane tantam frugalitatem & parsimoniam nobis in Caliphis proponit etiam Elmacinus, ut Christianorum fastum & prodigalitatem retundere & coërcere meritò debeat. Lib.2.c.3. sub finem

Digitized by Google

finem Almanſoris indolem exprimens inquit, استخدم طباخية على ان لهم الروس والاكارع وعليهم الحطب والتوبل *famulos in coquos conduxit, ea conditione ut eorum quidem eſſent capita & crura, ſed ipſis etiam incumberet ligna & ollas ſuppeditare.* Veſtes idem ille Calipha ſarcinatas ac reſartas gerebat: unde ille ſarcaſmus in eundem قد يدرك الشرف الفتي ورداه خلق وجيب قميصه مرقوع *jam attigit dignitas virum, cujus veſtis attrita; & ſinus induſii reſartus eſt.* Non multum ab hac parſimonia abfuit Muhammed filius Al-Manſoris, de quo cap. 4. legimus, cum obiiſſet & ſepeliendus eſſet, nihil præter januam fuiſſe qua exportaretur: لم يوجد له نعش يحمل عليه فحمل علي باب ودفن تحت شجرة جوز وكان يجلس عندها *non inveniebatur pro eo feretrum quo portaretur; itaque portabatur ſuper janua, & ſepeliebatur ſub nuce arbore, apud quam ſederat.*

Pag. 68. l. 22. *Paſcha*] Arabes Paſcha non celebrant, ut teſtantur qui per annos aliquot inter ipſos in Oriente & Aphrica vixerunt: ſed boves vel oves aliquando ſolenni ritu amicis ac pauperibus mactant, è quibus convivia inſtituuntur, quæ cum veteribus Chriſtiano-

Digitized by Google

ſtianorum ἀγάπαις conferri queunt. Licet ſacramentum nullum, ſive fœderis teſſera ſubjungatur; cum ita tamen in veteri eccleſia in ἀγάπαις fieri conſueverit. Itaque & hic, ut alibi ſæpe, à veritate noſter aberrat.

Pag. 70. l. 7. à fin. *Socius*] In textu originali eſt חבר, quam vocem concinne reddi exiſtimo, *ſocius*: talis enim quodammodo erat חבר, quales ſunt in Anglia collegiorum ſocii. Hi enim & Profeſſorum ac Regentium diſcipulos ſe profitentur; attamen ſæpe tantæ eruditionis ac ſcientiæ & dexteritatis, ut alios docere poſſint, quod etiam ſubinde præſtant. Cum in utraque Angliæ academia ante multos annos viverem, in ſociorum numero multos viros doctiſſimos me inveniſſe memini, qui cum quibuſvis contendere poſſent. Quin etiam inter ipſos multi Baccal. & Magiſterii, imo Doctoratus gradum adepti ſunt. Quam hæc aptiſſime in Judæorum חבר quadrare deprehenduntur, ſi ipſius conditionem expendamus! Elias in Tisbi ad vocem חבר, ipſius dignitatem & conditionem hiſce explicat, אדם שהוא נסמך לרבנות אבל אינו ראוי עדין להיות מורה הוראה להקרא מורנו הרב קורין אותו חבר הרב פירוש נתחבר אל מי שהוא מורנו הרב *homo cui ad magiſterii gradum manus impoſita eſt; ſed nondum idoneus eſt, ut ſit dogmatis doctor, quò vocetur doctor noſter magnus, eum magni iſtius ſocium dicunt:*

dicunt: *ſenſus eſt*, *Aſſociatur ei qui magnus doctor noſter audit.* Hic gradum obtinere videmus, qui ſocius dicitur; eundem licet doceat, non tamen novum dogma proponere poſſe; ideoque doctori ſuo adhuc adhærere. Qua de cauſa & familiaris, nimirum ipſius doctoris, dici poſſet. Ne quis autem hic cum magno quodam viro erret, quaſi חבר *ſocius* nonniſi cum ſuo relativo ponatur: nam licet *ſocius* eum ſpectet cujus eſt ſocius; tamen relativum etiam omitti & ſubaudiri, vel exempla in hoc Benjaminis paragrapho docent. De חבר M. Scaliger quoque contra Serarium pag. 77. & Cl. Coch in Sanedrin p. 308. Sed quò conſtet, Socium etiam (qui & תלמיד חכם *ſtudioſus ſapientis vel ſapientiæ*) alios docuiſſe, pauca è Maimonida ſubjiciam è תלמוד תורה c. 5. ſect. 9. ubi cum de honore ipſi præceptori exhibendo egiſſet, ſubjungit: בד"א ברבו מובהק שלמד ממנו רוב חכמתו אבל אם לא למד ממנו רוב חכמתו הרי זה תלמיד חבר ואינו חייב בכבודו בכל אלו הדברים *de quo hæc dicuntur? De illuſtri ejus præceptore, à quo maximam ſapientiæ ſuæ partem didicit: ſed ſi maximam ſapientiæ ſuæ partem ab eo non didicit, ecce is eſt ſtudioſus Socius; nec alter ille ad ejus honorem tenetur in iſtis omnibus*, puta quæ recenſuerat Maimonides. Ecce, docet Socius; licet pleraque dogmata ac major inſtitutio ex aliis doctoribus hauriantur.

Pag.

Digitized by Google

Pag. 70. l. 4. à fin. *Ordinis procurator*] In originali, ראשהסדר. Quis ille fuerit, qui eo nomine gaudebat, non alicunde melius percipiemus, quam è Jouchaſin f. 120. p.1. Ante Gemaræ doctores לא היתה עדין ישיבה בבבל אלא הנשיאי' שהיו שם לא היו קורין אותם אלא רישי סדרא *nondum erat conſeſſus in Babylonia; ſed principes qui iſtic degebant nonniſi ordinis procuratores audiebant.* Quum poſtea ſynedria in Babylonia habuere, non ſummi ſynedrii; ſed omnium ſynedriorum caput reſpondebat illi ordinis procuratori, qui antea ibidem fuerat: verum ille ſine poteſtate ut ordine omnia fierent operá dabat; hic vero (cujuſmodi pag. 71. in Benjamine noſtro erat M. Samuel) juriſdictionem habebat, ideoque in Jouchaſin nonnunquam *regnaſſe* dicitur. Quid ergo interſit jam liquet. Cæterum quamvis jam iſtud officium deſiiſſet; tamen Eleazarus iſte ob generalem quandam εὐταξίας curam eodem titulo ornatus videtur. Porro ſi quis de ſummis conſeſſuum capitibus plura cognoſcere deſideret, legat f. 124. Jouchaſin. ubi non contemnenda inveniet. Siquidem illic de ſynedrio Poumbedithæ & Souræ prolixè ritus quoſdam annotat. Et præter modum præſides inaugurandi, qui pene idem cum ceremoniis quibus caput exulum inaugurabatur (de quo poſtea) & modum quo ipſius egeſtati aliquando

quando ſubvenitur; quædam habētur in hiſce notis exprimenda, quò conſidentium in hujuſmodi conſeſſu (quem ישיבה & סנהדרין *ſynedrium* vocant) officium & conditio magis innoteſcat. Non enim exiſtimandum eſt, ſingulorum fuiſſe de controverſiis diſceptare; verum multi à præſide remotius ſedentes ſolummodo diſcipulos ſe præbebant. Nam cum eorum leges politicæ eſſent Sacræ literæ, ſchola & curia conjungebantur. Sed videamus Zacuthi verba. וזה סדר ישיבת' ראש ישיב'
יושב ולפניו עשר' אנשים והיא נקראת דרא קמא ופניהם
אל פני ראש ישיבה והעשרה שיושבין לפניו מהם ראשי
כלות וג' חברים ולמה נקראו שמם ראשי כלות
שכל א' מהם ממונה על עשרה מן הסנהדרין והם
הנקראין אלופים וכך היה מנהגם אם נפטר א' מראשי
כלות ויש לו בן הממלא את מקומו יורש מקום אביו
יושב בו ואפילו היה קטן בשנים וכן מן החברים
כשיפטר א' מהם אם היה בנו ממלא. את מקומו יושב בו
ואין אחד מהם דולג על מפתן חבירו ואם אינו ממלא
מקום. אבותיו והוא ראוי לישב באחת משבעה דרי ישב
בה · ואם אינו ראוי לישב עמהם יושב עם בני רב ועם
שאר התלמידים שהם כד' מאות איש והם סנהדרין שהם
ז' שורו' שורה ראשונה יושבת כמו שזכרנו ואחריהם י'
עד ז' שורות ופני כלם אל פני ראש ישיבה וכל התלמידים
יושבין אחריהם. *hic erat conſeſſus ipſorum ordo: caput conſeſſus ſedens ante ſe decem homines habebat, quæ dicebatur claſſis prima, eorumque facies capitis conſeſſus vultum ſpectabant: ex illis decem coram ipſo ſeden-*

ſedentibus, 7 erant Capita communitatis & tres Socii. at quare nomine ſuo dicuntur capita communitatis? quia eorum ſinguli viris decem ipſius ſynedrii præfecti ſunt, hi ſunt qui duces vocantur. Talis autem mos obtinebat, ut ſi unius è capitibus communitatis defuncti filius locum ejus occupare poſſet, hæres eſſet loci patris ſui, & in eo ſederet; licet immatura ætate. ſimiliter in Sociis, ſi cum eorum quis obiiſſet ipſius filius locum tenere poſſet, eum capiebat: nec eorum ullus alterius limen tranſiliebat. quod ſi patris ſui locum tenere non valeret, ſed idoneus eſſet alibi in quadam ſeptem claßium conſidere, ibi conſidebat. quod ſi ne cum illis quidem ſedere mereretur, ſedebat cum magiſtri pueris ac cum reliquis diſcipulis qui erant bis mille quadringenti viri. Itaque illi ſynedrium conſtituebant: cujus ſeptem erant claſſes; prima claßis conſidebat, quemadmodum meminimus, & à tergo viri decem alii ad ſeptem uſque claſſes, omniumque facies capitis conſeſſus vultum ſpectabant: omneſque diſcipuli poſt claſſes ſedebant. Hinc omnino conſeſſuum ſtatus ac conditio liquet; ut plura addere neceſſe non videatur.

Pag. 71. l. penult. *Exulum caput*] De hujus inauguratione multa dici poſſent quæ Zacuthus in Jouchaſin enarrat: ſed præcipua ſunt quæ ipſi antequam ſynagogam ingreditur præſtantur; & quum in ſynagoga tectus regitur; ac denique egreditur. De primo ita ſcribit f. 122. p. 2. אם הסכימ' דעת הקהל למנותו מתקבצין

מתקבצין שני ראשי הישיבות עם בני ישיבתן עם כל ראשי הקהל והזקני' בבית אדם גדול שבבבל מגדולי הדור *Si consentiat sententia cœtus ad eum præficiendum, congregantur duo consessuum capita* (scil. Suræ & Poumpedithæ) *cum assessoribus suis, omnibus cœtus primatibus & senioribus, in domum magnatis alicujus in Babylonia ex seculi primariis.* & paulo post: ומתקבצין בבית הכנס' ביום הה' ומברכין אותו ונותנין יד עליו ותוקעין בשופר להשמיע את כל העם מקטן ועד גדול וכששומעין הדבר כל אחד ואח' משגר לו מנחה כפי כחו והשגת ידו וכל ראשי הקהל ועשיריהם שולחין לו בגדי' נאים ותכשיטי' יפים וכלי כסף וכלי זהב, *Congregantur in synagogam feria quinta, eique fausta precantur & de ipso juramentum præstant, clanguntque tuba ut totum populum à minimo ad maximum certum faciant. Hac re intellecta singuli ipsi munus mittunt pro viribus & facultatibus suis: omnes item cœtus primates ac divites ipsi elegantes vestes mittunt & eximia monilia, vasa item argentea ac aurea.* & quibusdam interjectis: כשמשכי' ללכת יום שבת בבה רבים מגדולי הקהל מתקבצין עמו ללכת בבה וכבר הכינו לו בבה מבעוד יום מגדל עץ ארכו ז' אמות ורחבו ג' ופורסין עליו בגדים נאים מן המשי ומן התכלת ומן הארגמן ובתולעת השני עד שיתכסה כלו ולא יראה ממנו כלום, *Quum verò Sabbatho, summo mane synagogam petit, magnatum plurimi ad ipsum conveniunt ut ad synagogam pergant: ubi jam pridie suggestum ligneum longitudine septem, latitudine trium cubitorum paraverunt, eum pulchris pannis*

N seri-

ſericeis, hyacinthinis & purpureis ac coccineis contegentes, donec totus obtegeretur, nec ejus quidquam appareret. In quo ſuggeſtu nemo, ne quidem exulum caput initio ſedet; ſed loco inferiori latens, poſt varias demum Dei laudes certo ordine & modo peractas, in ſuggeſtum prodit. Atque de hoc ſecundo pag. ſequentis
יצא ראש גלות מהמקו' שהיה מכוסה בו וכשרואין אותו
כל העם עומדים על רגליהם עד שישב על המגדל שעשו
לו ויצא ראש ישיבת סורא אחריו וישב על המגדל לאח'
שיתן לו כריעה כפוף ויחזיר לו ואחך יצא ראש ישיבת
פומבדיתא ויתן לו גם הוא כריעה וישב לשמאלו ובכל
זה כל העם עומדים על רגליהם עד שיתקנו שלשתם
ישיבתם ויושם ראש גלות באמצע וראש ישיבת סורא
יושב לימינו וראש ישיבת פומבדיתא יושב לשמאלו וביתם
לבין ראש גלות מקום פנוי ועל מקומו פרשו עליו בגד
נאה על ראשו ממעל למגדל אחוז בחבלי בוץ וארגמן
Prodit exulum caput è loco ubi tectus erat: eumque videntes populares in pedes erecti conſiſtunt, donec in ſuggeſtu quem ei paraverant ſedeat. Tum caput conſeſſus Sourani ſubſequens in ſuggeſtu conſidet, ubi incurvatus ſummiſsè ſalutavit ipſum, qui & reſalutat. Deinde caput conſeſſus Poumbedithani prodiens, ſimiliter ipſi ſe incurvans, ad ſiniſtram conſidet. Dum hæc fiunt, totus populus in pedes ſuos inſiſtit, donec tres iſti ordine conſidendi loca occupent, & caput exulum in medio conſtituatur, caput autem conſeſſus Sourani ad ipſius dextram, caputq; conſeſſus Poumpedithani ad ejus ſiniſtram conſideat. Inter hos tamen & exulum

caput

Digitized by Google

caput locus relinquitur vacuus: & ſupra ipſius locum, pulchrum aulæum ſuper caput ejus extendunt quod ſupra ſuggeſtũ funibus byßinis & purpureis appenditur. Deniq; ut ad tertium perveniamus: וכשיוצא ראש גלות כל העם יוצאין לפניו ולאחריו ואומרים לפניו דברי שירות ותושבחות עד שהוא מגיע לביתו אבל ראשי ישיבות אינם הולכין עמו עד ביתו וכל התלמידים שהולכים עמו ומלוין אותו עד ביתו אינו מניח א' מהם שיצא מביתו עד ז' ימים, *Quum egreditur exulum caput, totus populus præcedens & ſubſequens, in ejus conſpectu cantica & laudes dicunt, donec ad ædes ſuas perveniat; ſed conſeſſuum capita non comitantur ad ipſas uſque ædes. Et omnium diſcipulorum qui ipſum comitantur, eidem adhærentes ad ipſas uſque ædes, neminem ædibus ſuis exire permittit ante ſeptimũ diem.* Hic Judæorum ingenium & indolem ſpectate: qui cum imperio omni deſtituantur, externam pompam, ceremonias, ſplendorem & confictos ac vanos ritus ſectantur; quò aliquid ex illo regio ſceptro reliqui habere ſibi, vel ſaltem aliis, perſuadeant. Hinc etiam ſuos ſcholares conſeſſus, quos in Babylonia ac alibi habebãt vel etiamnum habent, ſynedria politica ac conſeſſus judiciales eſſe fingunt. Sed in diſſertatione ad lectorẽ ex ipſorum etiam Judæorum primariorum teſtimoniis & ipſa experientia, fictã iſtam poteſtatem ſatis debellavi. Quinetiam David Gans in ſuo Chronico diſtinctè fatetur ſub Muhammedanis eam fuiſſe Iſraëlitarum

conditionem, quæ cum ficto sub iisdem à Benjamine ac aliis splendore non consistat. Ita enim parte priori scribit, f. 52. p. 1. מימי ישמעאלים לא נהגו ראשי גליות שררה כראוי וכהגון רק היו קונים אותו מן המלכים כמו מוכסים, *Inde à diebus Muhammedanorum, exulum capita dominium non administrarunt, uti conveniebat & decebat; sed id à regibus redimebant veluti vectigalium redemptores sive publicani.* Precariam ergo habebant ipsius judicio dignitatem quandam. Sed ne hanc quidem tantam fuisse, quæ alicujus imperii esset in quo sceptrum continuaretur, jam antea probatum fuit.

Pag. 72. l. 24. *Magnum regem salutatum procedit*] De splendido ipsius incessu etiam Zacuthus in Jouchasin f. 123. p. 2. ואם ירצה לצאת ול ית צרכיו רוכב מרכבת המשנה מרכבת שרי המלך בגו . נאים והולכי' אחריו עד ט"ו אנשים ועבדו יהיה רץ אחריו וכשעובר על אח' מישראל רצים אליו ומחזיקין בידיו ומסבירין פניו וכן עושה כל אחד מישראל שיעבור עליו עד שיתקבצו עליו כמו נ' או ס' עד המקו' אשר הוא בא שם וכשהוא חוזר אל ביתו עושין לו כזה המנהג ולעולם אינו יוצא עד שהולכין אחריו כל סיעתו ודומה בהליכתו כאחד משרי המלך, *Quod si egredi velit & necessaria peragere, vehitur curru secundario, curru cujusmodi regis principes utuntur, splendidè vestitus; eumque sequuntur 15 viri cum ejus servo qui currendo subsequitur. Et quum Israëlitarum aliquos præterit, accurrunt ejusq; manum prensant & conspectum reverentur;*

Digitized by Google

rentur; ſimiliterque ſinguli Iſraëlitæ qui prætereunt factitant: donec eum quinquaginta vel ſexaginta comitentur ad locum quô tendit. Quum verò domum redit, eodem modo cum ipſo agunt. nec unquam egreditur, antequam eum totus ſuus comitatus ſequatur: & in inceſſu ſuo regiorum principum aliquem refert.

Pag. 74. l. 2. *Dona*] Id convenit cum verbis Jouchaſin f. 124. p. 1. ubi reditus recenſentur: ac tandem ſubjicitur, כלל של דבר שמגיע אליו בכל שנה ושנה מכל אלו המקומות ת״ש זהובין ואם רצה כותב למקומות רחוקים שיסמכוהו. ויכבדוהו כותב ועושים לו בקשתו, *Summa rei eſt, ad eum quotannis ex illis omnibus regionibus pervenire ſeptingentos aureos. Et ſi velit, ad remota loca ſcribit ut ei ſubveniant & honorarium mittant: ſcribit eis, inquam; & petitioni ipſius ſatisfaciunt.*

Lin. 22. *Pecuniæ vim*] Vide notarum ad p. 71. finem; ubi teſtimonium è Tſemah David prolatum hæc illuſtrat.

Pag. 75. l. 20. *Provincia Bagdadi*] Ut Babel Hebræis eſt civitas & provincia ſive regio cognominis; ſimiliter Bagdad civitatis & regionis circumjacentis nomen eſt. Hæc autem civitas condita fuit, ut antiquæ veluti Babylonis loco eſſet: cujus ortum Elmacinus l. 2. c. 3. tam graphicè nobis proponit, ut ipſius verba producenda duxerim, في سنة خمس واربعين ومائة شرع المنصور في بناء

Digitized by Google

بناه مدينة بغداد واسها في وقت اتفق
المنجمون على اختياره وقيل انها كانت
مرجة خضري فيها ضومعة راهب. اسمه
بغداد وسميت باسم الراهب وسماها
المنصور مدينة السلام ولما تم بناوها
صارت مستقر الخلفا العباسيين

Anno 145. (ſcilicet Hegiræ, id eſt, anno Chr. 766.) *præcepit Manſor condi civitatem Bagdadum, & eam fundavit eo tempore in cujus electionem conſenſerant aſtrologi. Dicitur autem fuiſſe pratum viride, in quo eſſet religioſa domus monachi cui nomen Bagdad, & civitatem vocatam de nomine monachi. Manſor verò eam appellavit, civitatem pacis. Quum jam abſoluta eſſet ſtructura ejus, evaſit firma ſedes Calipharum Abaſidarum.* Hæc civitas poſtea vaſtata fuit; ac deinde reſtaurata à quodam è poſteris Boujæ, qui cum Caliphis regnabant: quemadmodum legimus in Jouch. f. 148. p. 1. עצד אל דולה חדש בגדאד אחר אשר נחרבה *Atſad El-doula reſtauravit Bagdad, poſtquam vaſtata fuiſſet.* Id factum circa annum Hegiræ ſive æræ Arabicæ 366. deinde poſt annos complures iterum vaſtatam fuiſſe ab Halacho fratre regis Tatarorum idem Zacuthus eodem libro narrat f. 152.

Pag. 76. l. 9. *Vaſtata*] Hic manifeſte videmus impletas illas minas, quas Dei nomine

ne Esaias proposuit c. 13. ℣. 20. 21. & 22. Nam se in itinere suo vastatam Babylonem deprehendisse, testatur Benjamin: & quum dicit, homines metu à palatio Nebucadnezaris abstinere propter serpentes & scorpiones; cum aliis, tũ etiam inprimis hisce Prophetiæ verbis suffragatur, *Serpentes in palatiis voluptariis* v. 22.

Pag. 81. l. 8. *Suria*] Ex iis quæ subjicit de sede Æchmalotarchæ & summi Præsidis, omninò Souram indigitare videtur, cujus mentio in Jouchasin f. 120. ולאחר שנפטר רב עשו ישיבה בבבל על דרך א״י והיא ישיבת סורא ומלך בה רב הונא מ' שנה והוא היה ראשון לכל מי שהיה ראש ישיבה בבבל ואחר כך מלך אחריו רב חסדא תמשכה מלכותו י' שנים ובסוף יומי של רב חסד' הלך רבה בר נחמני ועשה ישיבה בפומבדיתא ומאותו היו' ואילך היתה ישיב' בפומבדיתא, *Postquam hinc migravit magister* (Judas sanctus) *consessum in Babylonia instituerunt ad modum terræ Israëlis. hic est consessus Souræ, in quo regnavit magister Houna annos* 40. *qui primus fuit eorum, qui consessuum capita fuere in Babylonia. Deinde post eum regnavit magister Hasda: cujus regnum in decem annos protractum fuit. Porrò ultimis diebus magistri Hasdæ, discedens Rabba filius Nahmanis, Poumbditha consessum instituit: atque hinc & deinceps fuit etiam consessus Poumbedithæ.* Nehardeæ antiquitus quoque schola quædam erecta fuit, uti passim Hebræorum Chronologi testantur. Sed quia

Souræ vel (ut noster habet) Souriæ schola fuit antiquior, ideo de ipsa specialiter hoc observat Benjamin, ibi olim exulum capita & consessuum sive scholarum capita fixisse sedem suam, nimirum antequam sedes Bagdadum transferretur, ubi erat Benjaminis nostri seculo. Sed in superioribus verbis attende Judæorum vanitatem: qui è privilegiis quibusdam quæ scholarum rectoribus concessa fuere, ut cum suis levioris momenti negotia transigerent, scholas & consessus suos in regia tribunalia mutarunt, præfectos suos regnare dictitantes.

Pag. 81. l. 7. à fin. *Nehardea*] Hæc uti etiam Poumbeditha & Soura ad Euphratem omnes sitæ sunt: ut ex Ebræorum testimoniis probat Hebraicæ literaturæ Phœnix Joannes Buxtorfius Commentarii Masorethici c. 6. ubi alia etiam leguntur, quæ ad illustrandum hunc Benjaminis locum facere queunt.

P. 82. l. 10. *Rechabitæ*] Hic nobis quoddam absolutum Israëlitarum imperium obtrudit; de quo satis in dissertat. ad lectorem. Sed imperitiam hominis spectate, qui parum memor præcedentium, regionum mirabilem situm describit: idque eò collimans ut ultra patentia & invia deserta nobis Israëlitarum regnum fabricetur, ne cui mirum videatur, quod tanti regni fama hactenus ad nos non perve-

Digitized by Google

pervenerit; cum tamen remotissimæ regiones à multis peragratæ fuerint? Similiter in sequentibus aliud Judæorum regnum ultra desertum 28. dierum iter patens describet, eandem artem adhibens. Pagina 65. Eliman erat Arabia felix; utpote in qua esset celebris illa Arabum Mecca. Jam vero idem, se ab illis academiis ad Euphratem sitis, per regionem cui nomen Eliman in deserto (itaque sub Elimane forte Arabiam desertam complectitur) à latere Mesopotamiæ septentrionali ad Rechabitas profectum narrat. An illa Arabia ad Mesopotamiæ vel Babyloniæ (nam Judæi Babyloniam late extendunt) latus septentrionale? Et ne quis de illa descriptione dubitet, eadem hac pagina Israëlitas istos excursiones in Arabes, vel usque ad vicinos Arabes Scenitas (nam ita etiam reddi commode verba ista queunt) facere subjicit: qui Arabes Elimaniæ contermini sint. unde situs, quem fingit noster, satis superque liquet. Quinetiam ubi Cebarem describit ejusque incolas Israëlitas, hinc non procul dissitos, ipsos cum Aquilonaribus & Elimanitis vicinis bella gerere scribit. At quis hunc grandem errorem excusabit, ut Arabia in qua Mecca sit, vel vicinus isti Arabiæ locus, ad Mesopotamiæ septentrionem collocetur? Verum alii similiter circa istam Arabiam tale

Digitized by Google

regnum excudunt. Abraham Peritſol c. 14. Orchoth Olam, Arabes inter Iſraëlitas collocat: & Iſraëlitas regna ſua ibi habere narrat. Quum enim Judæi alicujus adventum deſcribit, qui ex illis regionibus ac regnis venerat, ita inquit: עבר בקוטב אראביאה פליצי והגיע לים סוף *Tranſiit per regionem Arabiæ felicis, & pervenit ad mare algoſum*. Similia habet cum de reditu ejuſdem loquitur.

Pag. 83. l. 6. à fin. *Extracta quæſtionum*] Jam olim quæſtiones genealogicas inter Judæos agitatas fuiſſe, ex Apoſtoli epiſtolis ad Tim. & Tit. liquet. Ex illis qua quis ſtirpe ac proſapia eſſet, ſæpe erui poterat: atque hujuſmodi excerpta hîc dicuntur *extracta quæſtionum*. In Hebræo eſt משגרות שאלות: ubi משגרות eſt à שגר quod non tantum *mittere* ſignificat; ſed etiam ejus contrarium *extrahere*. unde Scaliger p. 68. משגרים exponit *extrahunt*, quod verti *avidè arripiunt*. Sic in illa formula *extracta* notantur, quæ magna cura pro more ſuo ex illis genealogicis diſputationibus excerpſerant.

Pag. 84. l. 11. *Quindecim milliaria*] Si Judæi tantam civitatem occuparent, quæ quindecim milliaria quaquaverſum pateret, aliaque hic deſcripta haberent, latere id non potuiſſet: quandoquidem vicina loca incognita non fuere.

Lin. 9. à fin. *Rubenis, Gadis*] Attamen Eldad Danita,

Digitized by Google

Danita, in ſuo libello de tribubus Iſraëlis, ſecus ſtatuit: nam Gadem conjungit cum Naphtali & Aſchere, quin etiam Dane (quam tribum prius ſecundum flumen Piſchon in Æthiopiam profectam ibique conſediſſe narraverat) הללו ד' שבטים. דן נפתלי גד ואשר הם חונים בחוילה הקדומה אשר שם הזהב, *Hæ quatuor tribus, Dan, Naphtali, Gad, & Aſcher, habitant in antiqua Havila, ubi aurum reperitur.* Rubenem autem alibi apud Zebulonem collocat: בני זבולן חונים בהרי פארן ומגיעים בשכונתם ונטועים אוהלים של שער ממדינת איגימא עד נהר פרת ושבט ראובן נגדם מאחורי הררי פארן, *Zebulonis poſteri incolunt Pharanis montes & pertingunt habitatione ſua & fixis tentoriis villoſis, inde ab urbe Aegima ad flumen Euphratis; & tribus Rubenis coram ipſis habitat poſt Pharanis montes.* Inter ſe non conveniunt; & tamen uterque loca à ſe luſtrata ſcribit. Fabulatores iſtos magis congruere decebat.

Pag. 86. l. 9. à fin. *Tigridis flumen*] Quia Suſiana (quam Perſidi accenſet) Tigride alluitur, & Suſorum civitatem in Suſiana ſitam fluvius ſecat, Benjamin Tigrim per civitatem fluere putat; cum tamen is ſit Eulæus fluvius. Error etiam hinc facile profluere potuit, quod ultimis ſeculis Eulæus Tiritiri dictus ſit: unde ipſe cum Tigrim ferme ſe audire putaret, vocem Hebræam, qua Tigris exprimitur, adhibuerit. Sed errare noſtro auctori inſuetum

tum non esse, jam sæpius vidimus: licet qua ratione vir doctus ei subvenire hac in parte dignetur, me non lateat.

Pag. 90. lin. 9. *Aria*] Quam vellem hanc cum Ptolemæi Aria eandem agnoscere! sed situs repugnat: siquidem Ptolemæi Aria est ultra Parthiam; & Benjamin Susis discedens versus Mediam huc tendit: ut liquet si quis pag. 86. cum hac conferre non gravabitur. Porrò hic à Benjamine Mediæ initium statuitur, ad montes Haphton, quorum incolæ ad Persiam usque pertingunt; & à montana hac regione ad Metropolin Mediæ 10 dierum iter est. Quare montes Haphton Mediæ & Persiæ conterminos agnoscamus oportet. Quid si ergo Zagrum montem cum Parchoatro continuatum designari dicamus? viri docti judicent.

Pag. 93. l. 18. *Expositi*] Quare nomen Jehova dicatur expositum, exponit Ephodi f. 43. p. 2. commentarii sui in More Nebuchim: ubi l. 1. c. 61. Maimonides in hæc verba loquutus erat de nomine Jehova, quod שם המפורש *nomen exponens* vel *expositum* dicitur, cum etymologiam explicaret, ענינו שהוא יורה על עצמו יתעלה הוראה מבוארת אין השתתפות בה *Sententia ejus est, istud nomen notione explicata significare ipsam D. laudandi essentiam cum qua nulla sit societatis communio.* Hæc explicat Ephodi,

יש

ויש במלת מפורש שני ענינים האחד שזאת ההוראה
הנאמרת עליו יתעלה היא נפרשת ונבדלת מכל הנמצאות
והשני שהוא מורה על עצמו יתעלה בביור ויהיה מלת
מפורש מביאור ופי' לפי זאת הבחינה ושתי אלו הבחינות
כבר רמזם הרב במאמרו יורה על עצמו והוא הבחינה
השנית ובאמרו אין השתתפות בה ש יורה על הבחינה
הראשונה, *In nomine* expositi *duæ sunt significationes: una est, istam notionem quæ D. laudando attribuitur separatam ac sejunctam esse à rebus omnibus; altera, istud nomen Dei laudandi essentiam denotare explicatè, adeò ut dictio* expositi *ab explicatione & expositione, secundum hanc considerationem derivetur. Has autem duas considerationes sive respectus jam innuit magister Maim. quum diceret*, significare illius essentiam, *ubi est secundus respectus; & quum diceret*, nulla cum illa societatis communio, *ubi est prior respectus.* Capite sequenti Maimonides de nomine 12 literarum, & 42 literarum nonnulla addit, quæ hujus loci non sunt.

Pag. 96. l. 13. *Ad Gozan fluvium*] Quia è Media ad Persiam tendit Benjamin, uti ex hac pagina 96 liquet, & Tabrestaan, ac Ispahaan versus Parthiam, meminit; hinc omninò constare autumo, Gozan fluvium esse qui Mediam & Persiam alluat. ideo etiam p. 92. Persidis rex in ripa Gozan carcerem habuisse legitur, & p. 88. G. cum urbibus Mediæ conjungitur, urbs etiam Persidis Gina

ad

Digitized by Google

ad fluvium Gozan ſtatuitur. Quapropter ut Gozan ſit Oxus, uti cenſet vir longè doctiſſimus, mihi hactenus perſuadere non potui: ſed omnes textus Benjaminis circumſtantiæ ſuadent, ut Mediam & Perſiam influere vel alluere dicamus, idque ad latus quod Parthiam reſpicit: ideoque ad montes etiam Gozan non immeritò quis montem Coronum retulerit. Cæterum Gozan quibuſdam cum Sabbathico fluvio idem habetur: nam quemadmodum noſter ad illum fluvium multorum Iſraëlitarum dominium in ſequentibus collocat; ſic iſto fluvio ipſos arceri quominus ad alias regiones tranſeant, affirmant Judæi. Eldad Danita libro in ſuperioribus citato, eaſdem tribus quas paulo poſt noſter ad flumen Gozan habitare teſtatur, ad Sabbationem ponit; niſi quod pro Zebulone habeat Gadum: & argumentum ex Eſaia petit ſuppeditatum ſibi in Talmud. Hieroſol. Saned. f. 29. col. 3. verba Eldadi inter alia hac de re quamplurima, נהר שבטיון ביניהם שכתוב בהם לאסורים צאו, *Flumen Sabbation eſt inter ipſos* (& alios de quibus egerat) *quia de ipſis ſcriptum eſt* Eſ. 49. 9. *dicendo vinctis, exite.* dixerat paulo ante, אין בני אדם רואים אותם, *filii hominum eos non vident.* Senſus ergo eſt, quatuor iſtas tribus ita ab aliis hominibus ſegregari, ut medium flumen mutuum acceſſum impediat: quò

Digitized by Google

quò ſpectat fluminis conditio, quæ dies noctesque ſemper tranſitum prohibet. הנהר הוא מאבנים ומחול ירעים כל ששת ימי המעשה ובשבת ישבות וינוח ומיד תעלה אש סביבות הנחל מערב שבת עד למוצאי שבת, *Flumē lapidibus & arena conſtans intonat omnibus 6. diebus operariis; ſed ſabbatho ceſſat & quieſcit: tum eveſtigio ignis circa flumen exoritur, inde à pridie ſabbathi ad exitum ſabbathi.* Hac ratione nunquam eò pervenire licet, nec inde egredi. Nihil ergo miri, ſi de iſto beato Iſraëlitarum ſtatu nihil aliquot ſeculis auditum fuerit. Hiſce nugis opus erat, ad præcedentes defendendas. Hinc iſtius de Iſraëlitarum dominio hiſtoriæ vanitas apparet. Antiqua tamen eſt fabula, ut videre eſt è Gem. Talm. Hieroſ. cod. Saned. 29. c. 3. לשלש גליות גלו ישראל אחת לפני' מנהר. סנבטיון ואחד לדפני של אנטוכיא אחד שירד עליהם הענן וכיסה אותם, *In tria exilia miſſi ſunt Iſraëlitæ: ſemel ultra flumen Sanbationem; ſemel ad latera Antiochiæ; denique quum in ipſos deſcendens nubes eos involveret.* Cæterum Abraham Peritſol Judæos clauſos etiam longe verſus Orientem Borealem ſive ortum æſtivum removet, eoſque non flumine; ſed montibus concluſos dicit. Verba ejus hæc c. 9. Orchoth Olam: לרצועות המזרח הודו היא ארץ הודו בגאמיס ואינדיאה איסטרא ומלכות סירקא הגדול והנפלא ארץ מדברות ויערים גדולים ובשמים וחיות ועופות זרות עם שני גלילות היורדים לצפון הנקרא סקיטאניה איסטרא בתוך משך הרים ארוכים

Digitized by Google

ארוכים ויהודים רבים נסגרים שם לפי דעת הכותבים *Ad tractus orientales India occurrit, hæc est India intra Gangem & India extra Gangem, & regnum Sericæ magnum & stupendum, regio montana ubi magnæ sylvæ, & aromata; feræ & aves peregrinæ. ubi vicinæ sunt duæ regiones ad septentrionem descendentes, quarum nomen Scythia extra Imaum montem; inter montes longissime protractos: ubi Iudæi quamplurimi conclusi sunt, ut quidam scriptores opinantur.* Sed crebrior istorum Israëlitarum in Judæorum scriptis mentio, qui ad Sabbationem habitare dicuntur; quemadmodum ex utroque Talmude & Jouchasin liquet: quinetiam ex ipso illo Abraham Peritsol. Qui c. 24. Orchoth Olam situm fluminis Sabbationis plenius describit, & in India quærit. Inter alia scribens, מוצא נהר סבטיון בגלילות האינדיאה הזות העליונה בין נהרו גאניס, *Origo fluminis Sabbationis in regionibus Indiæ istius superioris inter flumina Gangis.* & postea, נהר סבטיון למעלה מקאליקוט מוצאו ומפסין בין האינדיאני ההם לקצת מלכות היהודים ושם תמצאנו בודאי, *Fluminis Sabbationis origo est supra Kalikout* (Kalikout longe supra terminum Lamiki, quem ultra Sinum Barbaricum locat) *& distinctionem facit inter Indos istos & regni Iudæorum terminum: ibi illud flumen certissime invenies.* Porro ab illo flumine, quod magno strepitu aquæ loco lapides versat, differt loco, conditione & substan-

tia

tia fluvius, cujus circa Agrippæ regnum fluentis Josephus ἁλώσ. 7. 13. his verbis meminit, Πᾶς ἐκ τῶν πηγῶν ἐπιλείπων, ἐξ ἡμερῶν ἀριθμὸν, ξηρὸν παραδίδωσιν ὁρᾶν τὸν τόπον. εἶθ' ὥσπερ οὐδεμιᾶς γινομένης μεταβολῆς, ὅμοιος καὶ τὴν ἑβδόμην ἐκδίδωσι, *Totus à fontibus deficiens, sex diebus, siccum exhibet oculis locum; postea quasi nulla facta mutatione, similis septimo die exoritur.* Cum *similis* dicitur, hoc sibi vult author, rapidè fluere, uti solet sex diebus exceptis, quibus exiccatur, vel siccum alveum relinquit. Ubi subesse naturalis quædam ratio videtur, quæ veluti in febribus certas ac statas motuum periodos servat. Tale quid in Nubiensi legitur, sed alio loco in Sicilia. Ita enim scribit parte secunda Climatis quarti, de fonte quodam in Xili castro: تجري في اوقات الصلوات وتجف في غير ذلك *Fluit tempore precum* (non quod preces expectet quandocunque fiunt; sed, ut existimo, istis statis horis fluit quibus Arabes communiter precari solent: ista tempora fortuitò concurrunt) *& arescit extra illud tempus.* Hæc mira sunt; sed ad istud figmentum Judæorum non accedũt, qui ex aqua lapides faciunt, & lapideum flumen nobis obtrudunt; quod certa intervalla servet, ne Israëlitæ conclusi elabantur. Verum de istis satis, ne cui nausea

moveatur, qui ad magis ſeria anhelat.

Pag. 97. l. 18. *Nisbon*] Poſtea Nisbor: ſic Nebucadnezar & Nebucadrezar, litera *n* permutata cum *r*. Porrò quia Montes Nisbor flumini Gozan imminent, flumen illud longiſſime extra Perſidem & Mediam verſus Orientem ſeſe extendere neceſſe eſt. Sed ubi Nisbor mons collocandus, non ſatis liquet: Abraham enim Peritſol ita loquitur, ut apud Gangem quærendus videatur; ſed eo uſque Gozan procurrere, vel inde oriri minime videtur. Verum ipſi Gozan eſt Ganges.

Lin. 4. à fin. *Lahlah*] Eruditiſſimus Schikardus rectè in Taarich obſervat, Benjaminem omninò errare, quum voci לחלח præponendo literam ב. radicalem facit lamed; nec *montes Mediæ*, ſed *urbes Mediæ* ſcribendum: idque ex collatione 2 Reg. 17. 6. 1 Chron. 5. 26. Cæterum quæ noſter de lato Iſraëlitarum dominio in his montibus, cum p. 98. tum 100. diſſerit, præcedentibus ſunt ſimilia: quibus hoc operam dat, ut genti ſuæ ſceptrum nondum ablatum fuiſſe perſuadeat: de quo errore in præcedentibus, & diſſertatione ad lectorem præmiſſa, actum fuit.

Pag. 98. l. 13. *Aethiopum regio*] Cave Æthiopiam ſub Ægypto intelligas: nam præcedentia de Oriente ſermonem eſſe docent manifeſte. Verum hæc כוש illa eſt, è qua Aſ-

ſyriæ

Digitized by Google

ſyriæ rex colonos in terram Canaan miſiſſe legitur 2 Reg. 17. 24. ubi cum Babylonia conjungitur. Itaque Abrabaniel ex eo quod cum Babylone vel Babylonia conjungatur, ad hunc modum exponit, כות היה עיר אחרת בארץ כשדים, *Cuth eſt civitas alia in Chaldaeorum regione*. Non procul à Chaldæa fuiſſe facile crediderim: an civitas; num verò regio, in medio relinquo; ſimiliter quia כוש *Aethiopia* & כות ſono fere conveniunt (cum ת in fine ut ש ferme multis ſonet) an Æthiopia Orientalis intelligatur, quam innuit Herodotus, ubi in hæc verba ſcribit in Polymnia fol. ed. H. St. 258. Τῶν μὲν δὴ ὑπὲρ Αἰγύπτου Αἰθιόπων καὶ Ἀραβίων ἦρχε Ἀρσάμης: οἱ δὲ ἀπ' ἡλίου ἀνατολέων Αἰθίοπες (διξοὶ γὰρ δὴ ἐστρατεύοντο) προσετετάχατο τοῖσι Ἰνδοῖσι, *Aethiopibus quidem qui ſunt ultra Aegyptum, & Arabibus praeerat Arſames: qui verò ab ortu ſolis erant Aethiopes (biſariam enim militabant) ordinati erant cum Indis.* In itinerario Eldadi כוש pro כות uſurpari non ſine cauſa quis exiſtimet. Nam quum Danitas, initio Jeroboami regis, cum Judæis pugnare detrectantes, ad remotiſſimam regionem diſceſſiſſe fingit, hæc habet verba, היו עולים בנהר פישון נוסעים על הגמלים וחונים עד שהגיעו לארץ כוש *Aſcendebant ſecundum flumen Piſchon proficiſcentes ſuper Camelis & caſtrametantes, donec ad regionem* כוש *ſive Aethiopiam pervenirent.* Quod hiſtoriam

O 2 Eldadi

Eldadi concernit, nugatur & fabulas nobis propinat: quemadmodum interdum Benjamin, ut quum ait in sequentibus.

Lin. 23. *Nasi loco*] Turcas habere duo parva foramina: quasi verò natio illa, unde Turcæ in citeriorem Asiam profecti fuere, nos lateat; ut nobis tam facile imponere possit.

Pag. 104. l. 12. *Defluens flumen*] Tigrin defluere dicit in mare Indicum (sinum Persicum designat) ad insulam Nikrokin: quam è reliqua pagina esse eam, quæ vulgò Ormus vocatur, satis liquere existimo. Itaque an ibi unquam fuerit dubitari queat: quandoquidem Tigridis ostium quam longissimè inde remotum est. Sed erroris causa hæc, quod totum regnum Ormus etiam nuncupetur; adeoque ad Tigridis ostium extendatur. Insula tamen & emporium, de quo sequentia accipienda constat, procul à Tigride ad Basoræ fretum conspicitur. Nubiensis etiam Geographus civitatem Hormoz ad Persicum sinum ponit; verum tanquam in continenti ad littus sitam: uti hæc verba part. 7. climatis tertii præ se ferunt, من مدن كرمان مدينة هرمز الساحلية التي على بحر فارس *Ex urbibus Carmaniæ est urbs Hormoz in littore condita, quæ mari Persico adjacet.* Quod Benjamin vocet Nikrokin, errore factum videtur:

turpiter hallucinatur est insula Kis non Nikrokis quam vocem fingit ex Kis et praecedenti voce quae significat vocatur

nomine

nomine mutuato ex insula Zeilan, quæ olim Nanigeris dicebatur.

Pag. 105. l. 11. *Bdellium*] Pro בדולח posui *bdellium*, ob soni affinitatem: licet quæ Ebræi de בדולח, & Latini de bdellio tradunt, non congruant. Sed in re dubia vocem ferme Ebræam retinendam censui: quia quæ ad margaritas spectantia noster subjicit, an ad bedolach spectent, non satis declarat. Nam si id (quod videtur) pro certo sumatur, sequentia eodem spectare; nullus dubito quin margaritas vel potius ostreas quæ margaritas continent, vocaverit בדולח, adeoque lin. 17. in textu Rabbinico הללו, scribi possit הלולו, cum לולו Arabicè margaritam significet: cujusmodi gemmæ loco quodam inter Hormoz & Haoulam medio inveniri dicantur. Eo sensu נסגרים referetur ad בדולח, & vertendum, *quæ ostrea clausa in maris fundum subsidunt.* verum licet hæc ita vertenda censeam, eumque sensum sequar, numeri tamen diversitas, *bedolah* ad נסגרין referendum non esse, indicat. Sed noster cum de rore (unde margaritæ) quædam inaudivisset, non satis intellexisse videtur; itaque à quibusdam pluviam è superficie aquarum excipi tradit; deinde claudi & subsidere narrat: nec de quibus ea intelligenda, ostendit; quasi etiam hoc posterius ad aquas referatur. At non dubito, quin is unde ista

Digitized by Google

accepit, ostreas ascendentes decidentem rorem excipere, indeque mori ac subsidere narraverit. Hujusmodi enim inter Arabes Achmed f. J. de margaritis refert: ostreas in aquæ superficiem ascendentes rorem haurire; quo admisso moriantur ac subsidant; & natis radicibus frutices fiant, intima parte ac substantia in margaritas conversa. Hæc collega noster D. Golius Academiæ nostræ lumen, se in libro illo, qui aliquando in M. Erpenii Bibliotheca fuit, legisse recordatur.

Lin. 10. à fin. *Haoulam*] Iam vulgò nuncupatur Zeilan, ut bene observavit Arias Montanus.

P. 107. l. 11. à fin. *Soli obviam*] Vetus hæc fuit idololatria: adeo ut Judæorum temporibus jam invaluerit. Imo non tantum currebant obviam soli; sed vehebantur equis & curribus, quos in eum usum paratos habebant. Insignis est ea de re paragraphus 2 Reg. 23. 11. *Abolevit* (Josias) *equos illos quos posuerant reges Iuda Soli, ab ingressu in domum Iova ... currus autem solis combußit igni*. Hujus expositionem quandam habes Cod. Midd. p. 46. ubi quædam adjeci. Cæterum qui Solem colebant, alios etiam Deos venerabantur; sed ut inferiores: quemadmodum Maimonides in More Nebuchim l. 3. c. 29. observat. Ubi inter alias multorum idololatrarū sententias refert;

שהכוכבי'

שהכוכבי' הם אלהיות ושהשמש הוא האלוה הגדול *Stellas esse Deos; verum solem esse Deum maximum.* Ita sentiebant הצאבה sive Tsabæi: quam vocem cum vetus interpres non intelligeret, viro longe doctissimo imposuit: qui ignis cultum hinc ostendere voluit, quod citato capite legatur *serviebat igni* & *servientium igni.* Atqui in textu est הצאבה : ubi commentator Schem Tob, אומות הצבה דעתם היה שאין אלוה בעולם רק הכוכבים, *Gentes Tsaba in ea erant sententia, nullum Deum esse in mundo præter stellas*, sub quibus planetas complectebantur. Postea Maimonides pro צאבה ponit כותא *Cutha*, quorum utrumque male per *ignis cultores* redditur. Licet etiam solis cultores tandem coluerint ignem, ut qui illius symbolum esset.

Pag. 108. l. 12. *Chenerag*] A Zeilan Sinas versus navigantibus multæ occurrunt insulæ: quas tamen designaverit, non facile est affirmare. Licet è locorum distantiis, non procul à Java majore sitas esse, non immeritò quis conjiciat, quæ vicina est Sumatræ: hæc olim, uti arbitror, Aurea Chersonesus. Judæi nomina sæpe depravare & immutare solent: & hoc modo Chersonesus in Chenerag degenerare potuit. Quæ verò de iis narrantur, qui se igni stulto & insano ritu devoventes in ignem, quem Deum arbitrantur, insiliunt; reliquis à Benjamine temerè affirmatis accen-

 seo.

ſeo. Legimus quidem, apud Brachmannos, cum uxores maritorum morti inhiarent, tandem publico ritu receptum, ut ſe præcipitarent in mariti rogum: ne qua mulier mariti mortem acceleraret, utpote cui ſimile exitium immineret. De altero autem quod noſter pluribus deſcribit, hactenus mihi nihil innotuit: itaque auctori alias non ſatis fide digno fidem habere nequeo.

Pag. 108. l. 7. à fin. *Per quem filios*] Hujuſmodi ritus hic narratur, quo prolem ſuam per ignis flammam traducebant: qualis idololatria interdicitur Deut. 18. 10. Duplex cultus erat: uno filios igni comburebant; altero in Molochi vel alterius venerationem, ut in his inſulis ad ipſius ignis cultũ, liberos ſuos per flammam ducebant. Qua de re Maimonides ubi Idololatricum cultum deſcribit, cap. 6. Idolol. ſect. 3. אבי הבן הוא שמעביר בנו על האש ברשות הכהנים ומעביר ברגליו מצד זה לצד אחר בתוך השלהבת לא שהוא שורפו למולך כדרך ששורפין בניהם ובנותיהם לעכו״ם אחרת, *Pater filii ipſe traducit filium ſuum per ignem ex placito ſacerdotum: traducit eum ſuis pedibus incedentem ab hoc ad illud latus per flammam. non quod comburat ipſum Molocho, quemadmodum filios filiaſque ſuas in alio idolorum cultu comburunt.* Vides hic duplicem illum modum, quem annotavi. Hinc illuſtratur Jer. 7. 31. ubi de comburendis filiis ſermo eſt.

Pag.

Pag. 111. l. 12. *Pellesque intus*] Tam putida fabula ingenium & indolem Benjaminis nobis satis superque exprimit. adeo ut vel hinc constare queat, quam fidem in aliis multis mereatur. Non est ergo, quod R. Isaac filius Aramæ autoritatem ipsius ad eludendum comma 10. cap. 49. Gen. producat, ubi argumento inde deprompto satisfacere allaborat.

Pag. 112. l. 9. *Plurimi Israëlitæ*] Quin passim in Oriente multi sint Israëlitæ inficias non eo: sed nulli gentium jugo subditos nego; nec id unquam Judæi probabunt, ea se conditione urbes (ut noster ait) ac regiones incolere, ut aliis non pareant. Porrò observa nostri stratagema: ne quis in ista loca inquirens, falsi eum convincere queat, per ambages & ignota nomina nos deducit (quod etiam alicubi antea in simili causa fecit) quasi hoc ad rem astruendam sufficiat, si locus licet ignotus apponatur. Ita etiam Eden & Telassar ubi sita fuerint, incertum & dubium est: procul in Oriente fuisse, est in confesso; sed destinatam climatis partem assignare difficile. Hierosolymitanus tamen Gen. 10. locum designat his verbis תלאסר בין נינוה ובין חריית, *Telasar inter Niniven & Harjath*: ubi postrema vox cum Aria convenit. fidem autem illum in Geographicis semper non mereri,

 satis

ſatis liquere autumo : ideoque id in medio relinquo. Verum noſter quaſi perturbare lectorem ſtuduerit, regionem quoque Telaſſar cum Edene vicinam facit Lybiæ : atqui Lybia in Africa reperitur, quò noſter (ut hoc addam) tam paucis etiam diebus ex remotis Indiarum inſulis remeare non potuit. Cum multa ipſum ex auditu malè percepiſſe; tum nonnulla data opera & de induſtria ad gentem ſuam extollendam fingere obſervamus.

P. 112. l. 9. à fin. *Aſvvan*] Ptolemæi Metacompſo poſterioribus temporibus dicta fuit Aſvan: quocirca circumjacentem regionem deſignaſſe videtur Benjamin. Atqui ab Indiis huc tendenti nulla occurrit Lybia: cujus tamẽ in hoc itinere jam meminit, ac ſi à peracto itinere non procul abeſſet. Deinde Piſchon flumen apud Aſvan collocans, id ipſum ex Æthiopia derivat; quo duplici indicio indigitat ſuperiorem Nili partem: cum tamen Piſchon Havilam alluat Gen. 2. 11. & licet noſter Havilam in Aphrica collocet, ne ſic quidem cum Gen. 2. 11. ejus verba conveniunt: quandoquidem Havilam & Gineam eandem facit.

Pag. 114. l. penult. *Sectiones legere*] Babyloniorum morem ſequuntur plerique omnes: quemadmodum hunc ritum, alioſq; huc ſpectantes prolixe Maimonides deſcripſit codice de

de precibus c. 12. & 13. unde petant lectores: hic enim ista pertractandi locus non est.

Pag. 115. lin. 20. *Tsoanis palatio*] Mitsraim pro urbe accipi à Benjamine circumstantiæ atque verba hic sequentia docent. quî ergo Tsoan ipsius Misraim dicitur? nam si Chaldæo & Græcis 70. credimus, Tsoan est Tanis; ille enim טנים, hi vero Τάνις reddunt. Forte ita loquutus, quod Misraim non procul ipsi à Tsoane sita videretur.

Lin. 24. *Ali f. Abitaleb*] Hæc & similia, autorem nostrum omnibus istis locis, quæ describit, non fuisse ostendere mihi videntur: sed multa male auditu accepta, pejus nonnũquam scripto tradidisse. Nullus fidelium Imperator (ut Muhammedani suum ducem nuncupant) tempore Benjaminis in Ægypto erat, qui Ali filius Abitaleb diceretur. Etenim peregrinationem suam anno 1172. instituit, aut 1171. si biennium in itinere fuisse dicamus: quo tempore alium in Ægypto regnasse, è Jouchasin, ab ipsius populari conscripto, colligere in promtu est. Ibi fol. 149. pag. 1. בשנת תצה מת מסתעלי מלך מצרים וימלוך תחתיו בנו הנקרא אל אמיר באחכאם אללה, *anno 495. obiit Muste-Ali rex Aegypti, & ejus loco regnavit filius ipsius, qui dicebatur Al-Amir Bahcam Alla.* Annus Hegiræ 495. incidit in ann. Christi 1116. Eadem paginâ: מת אל אמר וימלוך אל חאפיט לדין אללה

Digitized by Google

אללה בנו תחתיו וימת חאפיט וימלוך אל טאפר והרגוהו וימלוך תחתיו בנו אל פאיז, *Obiit Al-Amir, & ejus loco regnavit Al-Haphit Ledin Alla filius ejus; & defuncto Haphit, regnavit Al-Tapher; quo interfecto, ejus loco regnavit filius ipsius Al-Phaïz.* Tandem sub paginæ finem additur: בשנת תקנו מת אל פאיז, *anno 556. vita defunctus est Alphaïz.* Annus 556. Hegiræ est æræ Christianæ 1177. Itaque inter Ægypti Caliphas ab anno Christi 1116. ad annum 1177. recensitos, nullus occurrit Ali f. Abitalebis. Quod alias monui, & jam repeto, in Historicis & Geographicis parum aliquando nostro Benjamin aliisque similibus tribuendum esse.

Pag. 116. l. 5. *Mitsraim*] Civitas toti regno cognominis est, eaque duplex, ut p. 119. observatur: una eaque vetus devastata est; altera eaque nova hoc paragrapho designatur. eademque etiam Kairo dicitur, vel Kara, ut legitur f. 147. Jouchasin: קאהרה היא מצרים, *Cara est Mitsraim.* Aliàs etiam dicta fuit Fustaat: cujus etymologiam habes in Historia Saracenica Elmacini l. 1. c. 3. مصر هي الفسطاط وانما سميت بذلك لان فسطاط عمرو كان مضروبا عليها قبل توجهه الى الاسكندرية *Mitsra* (sive Mitsraim) *est Fustaat: nominatur autem eo nomine, quia Omri tentorium ad*

ad eam figebatur, antequam Alexandriam peteret. Quum enim ipsis post expugnatam Alexandriam reversis, quæreretur ubi castra haberent, respondebatur الفسطاط *Fustaat*, quasi dicas ad *tentorium* quod apud Mitsraim fixum erat, ibique ob columbam supra ipsum nidulatam remanserat. unde postea Mitsraim Fustaat, id est, Tentorium dicta fuit. Paulo aliter hæc narrat Nubiensis parte 3. climatis tertii. Quod verò eam muro cinctam neget Benjamin, cum Elmacini verbis non convenit: siquidem Elmac. loco jam producto, احيط عمرو بن العاص مدينة مصر *Muro cinxit Omrus filius Alasi civitatem Misram.* Longe ante Benjaminis peregrinationem.

Pag. 116. l. 23. *Columnam marmoream*] Hanc ab Asama Ægypti quæstore structam, cum prior collapsa esset, refert Elmacinus l. 1. c 14. Nam ubi prior duabus leucis à Fustaat in pago Hulvvaan erecta interiisset sive eversa ac fracta fuisset, super ea re ab Asama consultus Calipha Suleiman امره ان يبني مقياسا في الجزيرة التي بين بحر الفسطاط وبحر الجيزة وهو المقياس الذي يقاس فيه اليوم *præcepit ei ut mensuram* (columnam scilicet) *extrueret in insula, qua mare* (ita flumen etiam vocant Arabes) *Fustaat & mare Giza interjacet:*

hac

hæc eſt menſura, qua hodie menſuratur, Nili incrementum. Hæc inſula duobus Nili brachiis ante Fuſtaat ſive Mitſraim cingitur: in cujus parte ſuperiore eſt ciſterna ingens, ad quam gradibus marmoreis deſcenditur. Hic (ut Nubienſis tradit parte 3. climatis 3.) في وسط
الفسقية عمود رخام قايم وفيه رسوم اعداد
ادرع واصابع بينهما وعلي راس العمود بنيان
متقن من الحجر وهو ملون مرسم بالذهب
واللازورد وانواع الاصباغ المحكمة
In medio ciſterna columna marmorea exſtat: in qua ſunt ſigna numerorum cubitorum, & digitorum qui iis comprehenduntur. Supra capitellum columnæ ſtructura ſaxo conſtans, eaque colorata, diſtincta auro, & lapide cyaneo, colorumque generibus, iiſque fabrefactis. (ita hæc vertenda cenſeo.) Plura iſtic de hac columna, quæ omnia aſcribere neceſſe non eſt. ſumma, Nili aquam ad ciſternam (in qua eſt columna) per canalem duci; eoque nonniſi Nilo excreſcente ingredi: creſcere Nilum cubitis octodecim: ſi viginti cubitis, damnum inferre: cum minus duodecim (quæ uſitata & ordinaria incrementi quantitas) excreſcit, defectū annonæ caritatem inferre. Unde Benjaminem, ut alia multa, ſic menſuram duodecim cubitorum, malè percepiſſe videmus.

Pag. 118. l. 19. *Februario metunt hordeum*] Hinc liquet, quod Lucas de diſcipulis ſpicas ſabbatho δευτεροπρώτῳ affriantibus narrat, non impedire, quo minus ſabbathum iſtud quatuor circiter ſeptimanis paſcha præcedat. quemadmodum notis ad Danielem iſtum Lucæ paragraphum expoſui pag.194. & ſequ. Etenim non tantam habet ſitus Ægypti & terræ Canaan, reſpectu Æquinoctialis circuli, diſtantiam, ut cum illic menſe Februario metatur hordeum; hic in terra Chanaan quarto vel quinto ante paſcha ſabbatho tam immaturæ ſint ſpicæ, ut velli, confricari atque edi nequeant. Hæc ſi quis cum dictis notis conferat, ſententiam meam ibi pluribus præpoſitam ab eo non improbatum iri confido.

Pag. 120. l. 10. *Regionem Goſchenis*] Poſtea urbis meminit: itaque Goſchen noſtro eſt regio, & civitas. Ita enim ſæpe civitas primaria eſt regioni cognominis. quemadmodum ſupra metropolis Mitſraim dicebatur, cum idem ſit & totius Ægypti nomen. Regionis G. frequens mentio in ſacris; ſed ubi fuerit, diſtinctè non docetur: niſi quod Hiſtoria Exodi, in Ægypti confinio verſus terram Canaan, eam collocat; at Benjamin inter Kairum & Alexandriam eandem recenſet. Ita ſæpe aberrat.

Lin. 16. *Rameſes*] Quia linea præcedenti hanc

hanc civitatem vocavit Ein Alſchemes, quaſi dicas fontem ſolis; ideo magis confirmor, ut locum in orientaliori Ægypti regione ſitum deſignari credam : nimirum Goſchen eſſe diocœſin circa Heliopolin, ſive, civitatem ſolis; adeoque Rameſes ipſam eſſe Heliopolin. ita ut duæ fuerint civitates primariæ in hoc tractu Goſchen, civitas cognominis (ſi Benjamini credamus) & Heliopolis. Ut enim Rameſes hic Ein Alſchemes dicitur, ſic Nubienſis Heliopolin, ut circumſtantiæ docent, eodem nomine nuncupavit, عين شمس *Ein Schemes*, part. 3. climatis tertii.

Pag. 121. l. 4. *Opere pulcherrimo*] Ad ornatum & commoditatem urbis etiam facit, quod, teſte Nubienſi, النيل الغربي منها يدخل تحت اقبية دورها كلها *Nilus ab occidente ex ea defluat ſub fornicibus domorum ejus omnium.* id indicare voluit noſter verbis ſequentibus, *Ab inferiori parte convexa eſt innitens fornicibus.* Dum verò Nilus ſub ædibus omnibus verſus occidentem defluit, plana à latere ſpatia relinquere videtur, quæ iiſdem fornicibus tecta noſter plateas vocaverit quas nemo videt. Ideoque forte dixerit Nubienſis, urbem licet hujuſmodi fornices habeat, eſſe tamen luminoſam : quia alti fornices lumen in iſtas plateas admittunt. Fornices enim

enim ſuperiori urbis ſtructuræ lumen non adimere, certum & indubium erat.

Lin.10. à fin. *Ibi turris*] Hoc ſibi vult, turrim ad aggeris extremitatem uno milliari ab urbe extructam fuiſſe. quod verum, ſi viam maritimam ſpectes; ſed itinere terreſtri diſtabat milliaria tria: uti nos docet Nubienſis parte tertia climatis tertii: cujus hæc ſunt verba, بين المنارة وبين المدينة ميل في البحر وفي البر ثلثة اميال *Inter candelabrum* (illam turrim ac ſpeculam denotat) *& urbem eſt milliare itinere per mare facto; at per terram, tria milliaria.*

Ibid. *Ab eo extructa fuit*] Series contextus poſtulat, ut Benjamin hanc turrim Alexandro aſcribere dicatur. Secus alii: nam Plinius hiſt. nat. lib. 36. c. 12. hoc opus Ptolemæo vendicat, qui Gnidio architecto uſus fuerit. *Turris à rege facta in inſula Pharo, portum obtinente Alexandriæ, quam conſtitiſſe octingentis talentis tradunt: magno animo, ne quid omittamus, Ptolemæi regis, quod in ea permiſerit Soſtrati Gnidii architecti ſtructura ipſius nomen inſcribi. Vſus ejus, nocturno navium curſu ignes oſtendere, ad prænuntianda vada, portuſque introitum.* Quibus verbis cum Benjaminis contextus illuſtratur; tum author turris exprimitur. Nubienſis tamen cum Benjamine facit: utpote qui Alexandrum authorẽ

Digitized by Google

obſervet; licet rem incertam eſſe ſubjiciat.
يقال انها من بنيان الاسكندر عند
بنيان الاسكندرية والله اعلم بصحة ذالك
Dicitur, illam eſſe è ſtructura Alexandri apud ſtructuram Alexandriæ: ſed Deus novit certitudinem ejus.

Pag. 123. lin. 17. *A centum uſque milliaribus*] Licet pagina præcedenti, naves quinquaginta dierum itinere remotas in ſpeculo quodam turris Alexandrinæ obſervari potuiſſe, fabuletur; cum hoc tamen loco turrim ſpeculatoriam inde à centum uſque milliaribus conſpici docet, Nubienſi conſentit. qui altiſſimam etiam fuiſſe teſtatur: ارتفاع هذه المنارة ثلث ماية ذراع بالرشاشي وهو ثلثة اشبار *Altitudo iſtius candelabri* (turris ſpeculatoriæ) *eſt trecentorum cubitorum Reſaſica menſura, id eſt, ut cubitus ſit trium ſpithamarum.* اشبار enim proprié ſunt *ſpithamæ.* Idem annotat, Alexandriæ magnificentiſſimæ aulæ reliquias & columnas ſplendidas ſupereſſe: quam nonnulli à Salomone ſtructam ferant. Unde qua is in Ægypto apud regem authoritate & gratia fuerit, conjicere licet.

P. 125. l. 5. *Caphtor*] Similiter ex Gen. 10. 14. 1 Chron. 1. 12. in Ægypto Caphtor quærendam eſſe conſtat. Quapropter cum loco Caphtorim Hieroſolymitanus Gen. 10. ponit

Digitized by Google

קפודקיא *Cappadoces*, eum probare nequeo. Porrò è Caphtorim orti Pelisthæi videntur Jer. 47.4. quod Pelisthæi dicantur reliquiæ Caphtoris; atque etiam Deut. 2. 23. Caphtoræi Palestinam occupasse narrentur, quasi posteriores Pelisthæi è Caphtoræis prognati sint. Cum tamen aliunde orti dicantur Gen. 10.14. puta è Caſluchæis. Responsio in promptu: ut priores Palestinæ strictè sumptæ incolas è Caſluchæis; posteriores è Caphtoræis ortos dicamus. Sed duo obstant: nam antiquiores incolæ erant Awæi, non Caſluchæi; deinde Am. 9. 7. sermonis scopus indicat, ita Pelisthæos è Caphtore eductos, ut Israëlitas ex Ægypto liberaverat Deus. quæ Caphtoræos non majores; sed hostes posteriorum Pelisthæorum ostendunt, ut observavit Abrabaniel. Itaque hæc mea est sententia, quam è Gen. 10. 14. & Am. 9. 7. elicio: Pelisthæos è Caſluchæis oriundos à Caphtoræis in captivitatem abactos, posteaque à Deo liberatos Avvæorum regionem, sive Palestinam occupasse: & quemadmodum turba Israëlitas ex Ægypto proficiscentes comitabatur; sic multos Caphtoræos cum illis Pelisthæis unà profectos fuisse, quibus ob virtutem bellicam (qua etiam antea Pelisthæos subjugaverant) Deut. 2. 23. hoc tribuatur, ab ipsis Avvæos fuisse expulsos; ideoque Jer. 47. 4.

P 2 Deus

Deus Pelisthæos vastaturus, in reliquias Caphtoris idem facturus narretur. non quasi utrique sint iidem; sed ut subintellecta particula ו sive *&*, Pelisthæos & reliquias istas Caphtoris, quæ ipsos secutæ fuerant, Deus vastaturus dicatur. His observatis, omnia ista Scripturæ loca optimè conveniunt: nec ulla pugnæ species amplius meo judicio apparet.

Pag. 125. l. 11. à fin. *Arx magna*] In originali est כרך גדול: vocabulum כרך arcem quandoque, aliquando urbem denotat. Verum urbs magna propriè dicitur כרך: quemadmodum Maimonides cod. de Idololatria c. 4. sect. 2. innuit cum in hunc modum scribit, כל פחות ממאה כפר קטן ורובו של שבט כרך גדול *Omnis* (civitas) *pauciores quam centum continens, est pagus parvus; continens verò maximam tribus partem, est urbs maxima.* Ibi de civitate agitur, cujus mentio Deut. 13. 12. & seq. quænam sit hujusmodi civitas: definitque Maimonides, Deum illic nec parvum pagum designare; nec tantam urbem quæ plerosque unius tribus homines complectatur (ut quæ alia pœna teneantur:) idque vocem עיר indicare arbitratur, quippe quæ civitatem significans, minorem pagum & maximam urbem excludat. Hebræi sub כפר *pago* oppidula etiam complectuntur: cui cum apponatur כרך, hac voce majus oppidum notari constat; & si ad-

datur

Digitized by Google

datur גדול urbem longè maximam deſcribi. Itaque cum in parvi montis (ut vocat Benjamin) radicibus tanta urbs, quæ totam fere tribum capere poſſet, in deſerto fuiſſe non videatur, כרך גדול pro magna arce accipere malui.

Pag. 126. l. 1. *Vno die diſtat Tunes*] Sano modo hæc accipi non poſſunt, ſi urbs quæ Tunes vulgò audit deſignetur: nam Sinai, vel Damiata (quæ loca commemoravit) multo longius abeſt, quam ut uno die iſtud iter quis emetiri queat. nec ad mare rubrum referri poſſunt, ut ab iſtius ſinus initiò, quo verſus Damiatam fluit, ad Tunetum unius diei iter conſtituatur. Itaque de inſula quadam Ægypto vicina authoris verba intelligenda videntur. Verumtamē cum duo nomina proponat, & Tunes per aliud antiquum explicet, ipſum in hac ſententia fuiſſe apparet, ut quam vulgò Tunes vocant, inſulam itinere diei Damiata diſſitam arbitraretur. qua in re admodum fallitur. Id nihilominus teſtatur nonnemo, ante Ægyptum eſſe inſulam quandam, cui Thennes nomen. Quomodo ſcribendum fuiſſet תנים non טונים, ubi eſt literarum diverſitas.

P. 128. l. 16. *Suſenburck*] In textu Rabbinico eſt קשנבורק: ubi ק reſpondere literæ ſ, non eſt quod miretur quis: ſiquidem & alibi hoc fit, ut ſ noſtrum, vel *ſch* per ק ab Ebræis exprimatur. Ita Salomon Jarchi ad com. 7. cap. 2

P 3 Hoſeæ

Digitized by Google

Hoſeæ רדוף *proſequi* idem eſſe affirmans quod Gallorum פורקצייר *pourchaſſer*, ק pro duriori ſibilo adhibet, cui magna aſpiratio inſit. Quum ergo conſtet Germanos ſuum *ſ* cum majori ſpiritu efferre, quam apud alias multas nationes fieri ſolet, *ſ* per ק exprimere noſtro Benj. licuit. Hoc autem oppidum Germaniæ terminum ſtatuit: quia illam Germaniæ partem reſpicit quæ Rheno alluitur. Hæc Coloniâ ſecundum Rhenum aſcendens prope Helvetiam deſinit: ubi Suſenburk, ſive Suſenburg, reperitur.

Pag.128 l 8. à fin. *Munſter ſuperior*] Dictio *ſuperior* additur, quò in iſto Germaniæ tractu, quem noſter tota hac pagina deſcribit, Munſter infra Coloniam ſita, ab hac diſtinguatur quæ longe ſuperior eſt. Porrò quas civitates ad Moſellam Benjamin collocat, cave in ejus ripa quæras: nam על latiſſimè accipit; adeo ut loca nonnihil remotiora etiam complectatur. Itaque על נהר משלה ſive *non procul à Moſella* eſſe dicuntur civitates, quæ remotiſſimæ non ſunt.

Pag.129 l.22. *Minuritionis*] Obſcuriora hæc ſunt: quorum hic ſenſus, nondum adeſſe Meſſiam; ſed ſigna illa & indicia præſentis Meſſiæ expectanda, quæ in Cantico Cant. ſponſæ ſive Eccleſiæ proponuntur. Ibi enim ipſe loquens introducitur & cœtum ſuum exci-

Digitized by Google

excitans: quod præcedentia tempora hiberna prætetierint; jucundum verò ac florens tempus jam appareat, exorto justitiæ sole. Unde noster duo deprompsit, minuritionem & vocem turturis: quæ æstatis jam ineuntis indicia in hunc modum convenienter enarrat Sal. Jarchi, *Tempus minuritionis advenit,* שהעופות נותנין זמר וקול ערב להולכי דרכים וקול התור כמשמעו תורים ובני יונה דרך העופות להיות משורדים ומצפצפים בימי ניסן, *quo aves edunt minuritionem & cantum suavem iis qui iter faciunt.* Vox turturis: *hic prout verba sonant, designantur turtures & columbæ. aves cantare & cantillare solent mense Nisan,* sive veris initio. Hoc ergo pacto æstas indicatur; vel potius æstatis initium sive veris tempora. Verumenimverò cum alii nonnulli Judæi, tum Benjamin noster, priorem Messiæ adventum adumbrari existimat. Hinc Rabbi Alschech ad hunc versum, גם קול התור הוא אליהו תייר מן התרים את הארץ בימי יהושע הלא נשמע בארצנו על יד הנביא כדבר שנאמר הנה אנכי שולח לכם את אליה הנביא, *Etiam* vox turturis *(qui est Elias, unus exploratorum qui explorarunt terram temporibus Iosua) annon audita est in regione nostra Propheta operâ? secundum illud dictum Mal. 3. 5. Ecce ego missurus sum vobis Eliam Prophetam.* Quamvis alienum sit, Eliam inter exploratores numerari; id verum ac Christianum, verba Mal. ad Messiæ adventum cum Euangelistis refe-

Digitized by Google

renda & Eliam ſtatui Meſſiæ præcurſorem. Hujus ergò vocem, turturis voce à Salomone innui exiſtimat: adeoque cum noſtro facit, qui iſta adventus Meſſiæ indicia agnoſcit.

Pag. 130. l. 14. *Schlavoniæ*] Quàm Sclavonia latè accipitur, quam longe lateque extendatur notum eſt: ſed noſter cum aliis quibuſdam ſtrictiori notione eam accepit, ut Bohemiam, Dalmatiam, Poloniam, & Ruſſiam tantum complectatur. Ideo eam à Praga (quam pro toto regno forte accipit, quemadmodum in Oriente metropoles aliquando ipſis regionibus ſunt cognomines) à Praga inquam inchoat. Porrò quum iſtius regionis homines omnibus promiſcuè prolem ſuam divendere narrat, per illos homines Bohemos intelligit, non vero communiter Sclavos: quandoquidem cum iis Ruſſos, qui & ipſi Sclavi ſunt, ut alterius regionis homines conjungit, eodemq; crimine involvit. Quod crimen tamen imperite Bohemis aſcribit. Ubi poſtea ait, *regnum illud latè patet*, Sclavoniam deſignat, non verò ſolam Ruſſiam; utpote quæ à porta Pragæ initium non ſumat. Terminum ſtatuit urbem פינ: in qua voce cum litera *nun* finalis non ſit, quædam literæ ex uſu ſcribendi vulgato & compendioſo ſubintelligendæ videntur. itaque Pinego forte indigitatur, urbs apud album mare ad Ruſſiæ con-

confinium ſita. Sed quia eſt & alius compendiariæ ſcripturæ modus, quo primæ dictionum variarum literæ conjunguntur, פי papam, & patriarcham quemlibet quem etiam פיפיור vocant, fortaſſis denotat, ut *nun* ſequens Nicolai prima litera eſſe poſſit: quò hoc pacto urbs S. Nicolai eodem tractu non ita procul à Pinego condita ſignificetur. Nam ut פין, id eſt, *Pin*, pro Pinsko ſumatur, licet ſcriptura compendioſa id admittat, quæ ſubjunguntur non permittunt. Etenim quum inquit *Regio montoſa* &c. hæc ad magnã Ruſſiam quam ſub Sclavonia comprehendit ſpectantia, ut ſubjuncta verba docent, ea continent quæ Ruſſiæ ſtrictiſſimè ſumptæ, cujus terminus à Pinsko remotus nòn eſt, non quadrant. Cæterum ſatis inconcinnè & obſcurè verba iſta *Regio montoſa*, & quæ ſequuntur, prioribus combinantur: cum de Sclavonia tota loqui videatur; nec hic tamen ultra Ruſſiam expatietur, uti iſtis verbis ſe Ruſſiæ regnum deſcribere ſubjungit.

Pag. 130. l. ult. *Tſarphath*] Judæi ex prava interpretatione commatis penultimi Hobadiæ, צרפת Franciam eſſe exiſtimant: quandoquidem enim illic de liberatione è captivitate agitur, & Chaldæus illic per ספרד Hiſpaniam intelligit, altera voce Franciam deſignari poſſe autumant; ſiquidem ad utramque

regionem veluti ultimas captivitatis in Occidente oras Iſraëlitæ commigrarunt. Attamen צרפת eſt ultimum terræ ſanctæ ad Septentrionem oppidum 1 Reg. 17. 9. Adeo ut verborum Obadiæ hic ſit ſenſus, Abrahami prolem inde à Septentrione terræ Canaan ad ejuſdem Auſtrum uſque, regionem ſuam recuperaturam. Sive ita hyperbolicè reditus è Babylonia deſcribatur, quo in terram Canaan reverſi ſunt; ſive allegoricè Eccleſiæ reſtauratio adumbretur. Cujuſmodi figuratas formulas & Judæi ſæpe agnoſcunt, & orientales paſſim uſurparunt, ac etiamnum uſurpant. Denique quemadmodum Judæus ſuæ genti ex illo 30. c. Deut. poſt *converſionem* exoptat reſtaurationem qua in *libertatem* vindicentur; ſic illius gentis *velamen* ex Eſ. 25. 7. (ubi de Meſſiæ adventu) expendens, quo converſio impeditur; converſionis, velaminis auferendi, & libertatis aſſequendæ viam his Pauli 2 Cor. 3. 16. 17. verbis oſtendo: Ἡνίκα δ᾽ ἂν ἐπιστρέψῃ πρὸς Κύριον, περιαιρεῖται τὸ κάλυμμα. ὁ δὲ Κύριος τὸ πνεῦμά ἐστιν· οὗ δὲ τὸ πνεῦμα Κυρίου, ἐκεῖ ἐλευθερία. quæ cum Eſ. 25. 7. quò Paulus reſpexit, conferantur.

Ἔρχου Κύριε Ἰησοῦ.

FINIS.

INDEX

INDEX
RERVM & VERBORVM.

A.

Alko-

B.

Bati-

Cali.

Cher-

Da-

Digitized by Google

Error

Digitized by Google

Hospi-

Digitized by Google

K.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

R. Rab.

Digitized by Google

Soli

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

INDEX TALMUD.

INDEX HEBRAICVS.

כות

Digitized by Google

INDEX

Digitized by Google

403128

INDEX LOCORUM S. SCRIPT.

FINIS.



Digitized by Google

Digitized by Google


[illegible]at 2

נצנים [illegible] 2

חוצץ [illegible]

Digitized by Google

1968



Digitized by Google